SC.SUP.34.PL.4.

FR. IOANNES BAPTISTA
DE MARINIS

Sacræ Theologiæ Profeſſor. Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & Seruus.

Vniuerſis tum eiuſdem Ordinis Religioſis, tum Archifraternitati Sanctiſſimi Roſarij B. Virg. Mariæ adſcriptis toto Orbe Sodalibus hoc Summarium lecturis, vel auſcultaturis æternam ex communis Theſauri participio Salutem.

MERITO diſquirit Sacer Eccleſiaſticus * *Sapientia abſconſa, & Theſaurus inuiſus, quę vtilitas in vtriſque?* en igitur non iam *inuiſos*, ſed viſui, vtilitatique omnium veſtrum palam hoc compendio, expoſitos *Theſauros*, quibus in quintum vſque ſeculum Apoſtolicæ Sedis munificentia *Roſarium* Dominicanæ prędicationi coæuum locupletauit. Hos dum publico totius Ordinis voto è latebris in vnum volumen ſub nouo, & aprico authenticæ Fidei vadimonio conſarcinamus, vnà recolimus; nuſquam in Sacro Bibliorum Codice *Theſauri* nomē prodire, donec Ioſephi Oeconomus filios Iacob metu exanimes conſolaturus in hæc erupit verba; * *nolite timere, Deus veſter, & Deus Patris veſtri dedit vobis theſauros in Saccis veſtris, nàm pecunia quam dediſtis mihi probatam ego habeo.* Prima hic Theſauri mentio. Sed cur in Saccis?

* Cap. 20.

* Gen. cap. 43.

non enim *ſacci* erãt, ſed *ſacculi*, ita nẽpè hos appellitarat Iacob, *quam inueniſtis in ſacculis pecuniam reportate*; Sacculos itaque non ſaccos agnouit, & Ioſeph iuſſit reponerent *pecunias ſingulorum in Sacculis*. Quin & Chaldæus Paraphraſtes vſque ad caput 43. verſ. 22. conſtanter vbique *ſacculos* non *Saccos* vocitat. Quid! quòd ipſimet Filij Iacob eod. verſ. 22. neque Sacculos quidem ſed *marſupia* dicunt? Imò Hieronymus notat apud Hebræos pro Sacculis legi *Perones*, ſiuè etiam *Tolles*; At vbi Oeconomus cœpit primus nominare *theſauros in Saccis*, deinceps non iam *ſacculi*, nõn *folles*, non *perones*, non *marſupia*, ſed intrepidè dicuntur *Sacci*. Vndè igitur hi *Sacculi* repentè protumuerunt in *Saccos*? certè quamdiù circa pecuniam illam ambiguè trepidatum fuit inter Fratres, nec *theſaurus* erat, nec *Saccus*, ſed *Sacculus*: quippè modicum eſt, nec Saccum explet, quicquid cum dubietate tam anxia poſſidetur, vix *marſupium* eſt ad expenſas quotidiè patulum, & ad veſperam inane; imò *Follis* eſt vento magis quàm ſolido auro turgidus: denique non niſi *Pero* eſt, ſeu calceus ex crudo corio aptatus pedi, quo crumenæ nihil diſſimilius. Verùm ſi perueniat ex Oeconomi declaratione poſſidendi ſecuritas, & ſubitò quod modicum videbatur, *theſaurus* erit non inuiſus, quod *Sacculus* erat, *Saccus* iſque pregrandis vocabitur.

Sic planè, dum ſenſim Roſariani Theſauri cœperunt hinc-indè vocari in dubium, dum inſtrumentorum autographis paſſim, & ſparſim latitantibus trepidabatur, videri poterat modicum quod poſſidebamus, exiſtimari poterant non *Sacci*, ſed *Sacculi*, quibus tanta (ſed penè *inuiſa*) opulentia claudebatur! Superuenit tandem authentica ſecuritas, conquiſiuimus annorũ labore, ac ſumptu ex toto ferè Terrarum ambitu diplomata originaria, documenta legalia, ve-

tuſta

tuſta archetypa, exhibuimus ſingula Romano huic Sanctæ & Vniuerſalis Inquiſitionis Tribunali, hic demū quæcunq; nunc vobis mittimus excuſa, viſa, reuiſa fuere omnia, agnouit Oeconomus, vt vera, vt noſtra. Ergo in tanta iam poſſeſſionis veſtræ ſecuritate *Nolite timere*, faceſſant Sacculorum anguſtiæ, agnoſcātur *theſauri*, quos verè *poſuit Deus Patris veſtri in Saccis veſtris*, liberèq; deinceps nominetur Saccorū amplitudo.

Cum verò hiſcè noſtrorum Sodalium amplis priuilegijs interluceat quoque illud, quo quidquid gratiarum pecularitèr vni ex noſtris Confraternitatibus vllibi locorum indultum fuit, pariter ad reliquas toto orbe extenſum intelligatur, magna nobis, & annoſa conquiſitione opus fuit; qua propria ſingularum priuilegia ac documenta ex vniuerſo Mundo ad nos euocaremus, dumqne horum alia mittuntur, alia exſpectantur, noluimus interim prœlum ſuſpendere, quin ſaltem, quæ ad manum ſunt daremus ocyus, daturi mox reliqua, vbi ad nos peruenerint, iuſtique ſupplementi mantiſſam expleuerint: hoc nimirùm, generali Capitulo noſtro Romæ 1656. celebrato tantoperè in votis fuit, vt quid probatum, quid noſtrum ſit extra ambiguitatis inuolucrum ſeponatur, & pateat; ſategimus, & ecce cum Aegyptio Ioſephi Oeconomo (at citra amphibologiam nudè, ſeriò, veraciter) Vos certos facimus in tuto eſſe monetam veſtrā, *probatamque* apud me haberi: Tota hic ad pondus Sanctuarij nouiſſimè trutinata, tota ſupremi examinis Lydio lapidi affricta, cenſa, probata apud me aſſeruatur in noui Archiuij noſtri loculamentis, vbi cum reliquis Ordinis monumentis iunctim, & ſecuriſſimè perennabunt.

Porro editioni huic indiuulſæ, vt decuit adiecimus pari fide ſingula Bullarum, ac priuilegiorum apographa, quæ Confraternitates noſtras Sacroſancti No-

minis IESV, & Auguſtiſſimi Sacramenti hactenus mirificè ditarunt. Gratias item conceſſas peruetuſtæ Anagnoſi dulciſſimi Nominis MARIAE, prout in pluribus noſtri Ordinis Prouincijs cômuniter, eximioq; cum fructu recitatûr; Ritũ quoq;, & approbatas formulas benedicendi Roſaria Sodalium, candelas agonizantium, roſas &c. Nec non generalis abſolutionis in extremo vitæ articulo Confratribus impertiendæ. Neque omittendum putauimus *Roſarÿ perpetui*, (vt vocamus) horarium Cyclum ſingularibus à S. Sede Apoſtolica beneficijs dotatum; quibus meritò in auctarium colligauimus laudabile, ſuiſque proprijs indulgentijs diues inſtitutum, quo per quindecim tertias ferias quotannis honori Sancti P. noſtri *Dominici* paſſim à fidelibus ingenti deuotione, confluxu, ſolatio parentatur, maximè à Sodalibus *Roſario* adſcriptis, quos nimirum cum Ordo noſter fraternè adoptarit in ſuorum omnium Spiritualium bonorum intimam, atque domeſticam participationem (vti & nos denuò harum ſerie eoſdem adoptamus) vſque adeo vt idem ſit huic Sodalitati inſcribi, & tantæ Religionis vniuerſali participationi adæquatè incorporari, viciſſim vtique dignum eſt ab ijſdem tanti Ordinis Parentem, ac primum Roſarij Autorem per illas xv. ferias hoc piæ venerationis obſequio accuratiùs honorari.

Volumus autem, & in S. obedientiæ meritum iniungimus noſtris vbique Prioribus Prouincialibus, & Congregationum Vicarijs, quòd inſimul vniuerſa quæ operosè vno hoc libro complexi ſumus, ad notitiam vſumque Sodalium ſinguli in ſuis regionibus curent transfundi in cuiuſque gentis vernaculum idioma, typiſque protinùs euulgari; vt vniuerſim præſentibus atque futuris Roſarij noſtri Colonijs amodò, & certiſſimè innoteſcant *theſauri*, quos *Deus*

Patris

Patris noſtri poſuit in Saccis eorum.

Supereſt modò, quòd in primis Vos ò Religioſi Patres, ac Fratres mei Angelicum Glorioſæ Virginis Roſarium tantis, tamque indubijs (vt liber hìc docet) muneribus, ac gazis ab Eccleſia dotatum renouato prædicandi ardore in Populis vbiq; ſtudioſiſſimè propagetis. Quippè Ordinis noſtri ſingulare hoc patrimonium eſt, cuius Hæreditaria cura, promotio, incrementum, genuinis magni Dominici Filijs toto terrarum orbe incumbit. Floretum eſt materna parthenici roris affluentia cælitus fœcundum; deliciarum hortus eſt, Dominæ ac Reginæ noſtræ, & charus & ſacer, quem tot Summorum Pontificum ampliſſimi fauores velut perpetuo ſepimento pretiosè cinxêrunt, Paternè munierunt, ſolidè obuallarunt, vt ſecurè floreat: Aromaticum viuifici odoris Archianthophorum eſt in medelam animarum multiplici panacæo feraciter inſtructum, cui excolendo vos Dominicana veſtra Profeſſio Colonos, ac Hortulanos peculiariter auctorauit. Eya exſurgant denuò in vobis rediuiui Alani, Sprengeri, Riccij, qui plantando, rigando, paſtinando cultricem manum ſeſeque totos impendant, ſuperimpendant huic Viridario tot benedictionibus locupleti. Mementote Fratres mei (& ſemel monuiſſe hìc ſufficiat) fore hoc ſtudiũ veſtrum vtiliſſimum proximis, quorum procurandæ ſaluti vos deuouiſtis, glorioſiſſimum *Prædicatorio* nomini ac ſchemati, quod palam geſtatis, accceptiſſimum *Magnæ Dei Parenti*, cui vſque ad ipſam Ordinis veſtem accepta debemus omnia.

Denique, & vos vtriuſque ſexus per omnia Mundi climata diffuſi Sodales, chari noſtri in amæno Roſarij emporio conciues, opulentum hunc theſaurum veſtrum reuocate ad animi calculos, & læti adſtupeſcite, intueamini penitiùs hanc Pandoram, & nouo

ſpiritu

ſpiritu in obſequia Reginæ Sacratiſſimi Roſarij exardeſcite, numerate copioſa gratiarum donaria, noua ac vetera, quibus ad varia ac ſaluberrima Archifraternitatis exercitia vos inuitat Apoſtolici Throni liberalis ſolicitudo, & lucra tam certa, tam pretioſa manibus obuijs prenſate; Roſarij penſum tot myſterijs floridum, tot fructibus turgidum, tot puri cordis delicijs refertum ardenter exſoluite, quin & ipſas Roſarij conſertas ſphærulas proprio benedictionis ritu ſacratas, veluti publicam militiæ veſtræ teſſeram ſub omnium oculis palam circumferte, alioſque hoc Catholicæ pietatis exemplo in huius *theſauri* felicē ambitum prouocate; Roſarianam ſinguli candelam pro mortis iugi memoria, & fatali hora, decenter aſſeruate, S. Patrem Dominicum quindecies per totidem ferias tertias vtiliſſimo præſcriptorum operum impēdio quotannis honorate, nec obtutum auertite ab illo iam per totum Orbem ſonoro perpetui Roſarij horologio, quod non ſolis vobis, ſed omni reliquo Chriſtianorum cœtui optamus eſſe quàm maximè commendatum.

Intereà deuotis omnibus Deiparæ Virginis Clientulis proſint vbertim hi quos collectim exhibemus præclari ex infinito militantis Eccleſiæ gazophylacio *Theſauri*, quos ne ampliùs laterent aut ambigui, aut *innixi*, veſtræ exponimus tū vtilitati, tū ſecuritati. Hiſcè ex nomine S.P.N. Dominici, & noſtro, vobis vniuerſis Diuinam benedictionem Patris, Filij, & Spiritus ſancti toto cordis affectu imprecamur. Romæ 4. Auguſti ipſo ſanctiſſimi P. N. Dominici feſtiuo die 1667.

Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis
Magiſter Ordinis.

Fr. Antonius Goncalez
Magiſter, & Socius.

SVMMARIVM

INDVLGENTIARVM CONCESSARVM Confratribus vtriuſque ſexus Sanctiſſimi ROSARII in vita, & in morte, ac poſt mortem.

De mandato Sacræ Congregationis S. Officij examinatum, ac recognitum ab Eminentiſſimo Cardinali de Albici.

CAPVT I.

NE idem pluries repetatur præſupponendum eſt Primò, quòd huiuſmodi Indulgentiæ hactenus conceſſæ Confratribus vtriuſque ſexus ſanctiſſimi Roſarij B. Virginis fuerunt à varijs & multis Pontificibus confirmatæ, vt ab Alexandro VI. per ſuam bullam incipientem *Illius qui perfecta charitas eſt*, Iulio II. per ſuam bullam *Ineffabilia* datam Romæ pridie Idus Maij 1603. Leone X. in ſua bulla 46. quæ incipit *Paſtoris æterni* data die 6. Octobris 1520. item à Clemente VII. in ſua bulla 40. *Etſi temporalium* data die 8. Maij 1534. Item à Iulio III. in ſua bulla *Sinceræ deuotionis* data 24. Auguſti 1552. Itẽ à Pio V. in ſua bulla. *Inter Deſiderabilia* quæ eſt in Bullario magno 86. data 28. Iunij 1569. & in altera ſua bulla *Conſueuerunt* data 17. Septembris 1569. quæ etiam reperitur in Bullario magno; ſed ſpecialiter, & ampliſſimè fuerunt inſuper confirmatæ à Sixto V. & Paulo V. à Sixto quidem in ſua bulla 21. quæ incipit *Dum ineffabilia* data 30. die Ianuarij 1586. his verbis. *Attendentes itaque* quàm Religioni

noſtræ

noſtræ fructuoſum fuerit ſanctiſſimi Roſarij Pſalterij nuncupati Glorioſæ ſemperque Virginis Mariæ Almæ Dei Genitricis inſtitutum per *B. Dominicum* ordinis Fratrum Prædicatorum authorem Spiritu ſancto vt creditur afflatum, excogitatum, quantaque exindè mundo prouenerint, & in dies proueniant bona, & quòd proptereà vtriuſque ſexus Chriſti Fidelium Confraternitates ſub inuocatione Roſarij eiuſdem B.Mariæ Virginis in diuerſis orbis Eccleſijs, ac Capellis, & Altaribus canonicè inſtitutæ, earumque Confratres, ac Sorores à quàmplurimis, & præſertim fœlicis recordationis Ioanne XXII.& Vrbano IV.ac Sixto etiam IV.necnon Innocentio VIII. & Alexandro VI. ac Iulio II. & Leone X. ac Adriano VI. & Clemente VII. & Paulo III. ac Iulio etiam III. ac Paulo IV. & Pio etiam IV. ac Pio V. & poſtremo Gregorio XIII. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ac nonnullis Sedis Apoſtolicæ cum poteſtate Legatis de latere Nūntijs, nedum confirmationem, & augmentum earumdem Confraternitatum, ſed etiam Indulgentias, ac Priuilegia, & indulta meritò obtinere meruerint. Nos dictorum Prædeceſſorum veſtigijs inhærendo ac eodem quo ipſi Prædeceſſores noſtri deuotionis affectu diuinitùs excitati, necnon dilecti Filij noſtri Michaelis tituli B. Mariæ ſuper Mineruam Presbyteri Cardinalis Alexandrini nuncupati ſupplicationibus inclinati ſingularum litterarum prædictarum tenores, & formas præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes; omnia & ſingula priuilegia, immunitates, & exemptiones, poſſeſſiones, indulta, indulgentias etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones ac relaxationes omnibus & ſingulis Confraternitatibus dicti Roſarij vbique terrarum canonicè inſtitutis, earumque Confratribus, & Sororibus, tam per prædictos prædeceſ-

ſores

ſores noſtros, & ſedem prædictam ſeu illius Nuncios cum poteſtate legati de latere conceſſa, elargita, & confirmata, ac cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis deſuper confectas litteras prædictas, & viuæ vocis oraculo aut aliàs quomodolibet emanatas autoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illaque omnia & ſingula prout per ipſos prædeceſſores noſtros, & alios prædictos conceſſa fuerunt perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obſeruari debere, decernimus, omneſque & ſingulos tàm iuris quàm facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus: & potiori pro cautela omnes & ſingulas Indulgentias etiam plenarias & peccatorum remiſſiones ac relaxationes, exemptiones, facultates, conceſſiones, aliaque Priuilegia & indulta prædicta omnibus & ſingulis Confraternitatibus dicti Roſarij, in quibuſuis Eccleſijs, & Capellis, ac Altaribus vbicumque terrarum canonicè erectis, earumque Confratribus & Sororibus; necnon Officialibus & Miniſtris eiſdem modo & forma quibus per eoſdem prædeceſſores noſtros, & dictæ Sedis Nuncios conceſſa fuerunt dicta autoritate Apoſtolica de nouo concedimus & innouamus, ac omnibus & ſingulis Confraternitatum huiuſmodi Confratribus & Sororibus nunc & pro tempore exiſtentibus ſuffragari debere, eoſque illis perpetuò vti, potiri, & gaudere poſſe decernimus, & declaramus.

Et à Paulo V. in ſuo Breui *Cum olim* Dat. 20. Septembris 1608. per hæc verba. Nos igitur qui iuſtis & pijs fidelium Votis annuere pro muneris noſtri debito tenemur: ipſum Generalem Magiſtrum, & Confratres prædictos à quibuſuis Excommunicationis, Suſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis Sententijs, Cenſuris, & Pœnis à Iure, vel ab Homine qua-

uis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectũ præſentiũ dumtaxat conſequẽdum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, illoſq; ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes; eorumdem ſupplicationibus inclinati Litteras noſtras prædictas quarum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſso: harum ſerie ad terminos Iuris deducimus, necnon Confraternitatibus omnibus vbique locorum exiſtentibus canonicè tamẽ inſtitutis ſanctiſſimi Roſarij huiuſmodi, vt ijſdem Indulgentijs à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſis, prout ante dictas litteras, & non aliàs vtebantur, fruebantur, & gaudebant, vti, frui, & gaudere liberè & licitè valeant, ac illis ſuffragentur in omnibus & per omnia, perindè ac ſi dictæ litteræ non emanaſſent, concedimus, & indulgemus, non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis; necnon regula noſtra de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Secundò, aduertendum eſt, quòd omnes Indulgentiæ, quæ conceſſæ ſunt vni Capellæ, vel Altari, aut Confratribus vnius alicuius Societatis Roſarij erectæ in aliqua Eccleſia particulari, ſunt communes & communicatæ omnibus alijs Capellis, & Altaribus Roſarij; necnon omnibus & ſingulis vbicumque exiſtentibus Confratribus, & Conſororibus receptis, & deſcriptis in quacumque Roſarij Societate; ſicut primò conceſſit Gregorius XIII. in ſuo Breui incipiente. *Paſtoris æterni* dato 5. die Maij 1581. ſequentibus verbis. *Necnon* omnes & ſingulas Indulgentias, & peccatorũ remiſſiones conceſſas alicui, vel aliquibus eiuſdẽ Roſarij Confraternitatibus ſpecialiter vel generaliter, & in futurũ concedendas omnibus alijs Confraternitatibus eiuſdẽ Roſarij vbicumque illæ ſint, communi-

camus,

camus, & communicatas eſſe declaramus.

Et à Sixto V. in ſua ſupradicta Bulla. *Dum ineffabilia* per hæc verba quæ ſequuntur, & inſuper, vt omnibus & ſingulis dicti Ordinis Fratribus per Magiſtrum, & Vicarium Generales dicti Ordinis Prædicatorum, & eorum quemlibet pro tempore deputandis in quibuſuis Ciuitatibus, Oppidis, & Locis vbicumque exiſtentibus, vt in eorumdem Prædicatorum, vel aliorum Ordinum Monaſteriorum ſeu domorum Eccleſijs, Capellis, & Oratorijs, & etiam in Secularibus Eccleſijs in quibus nullæ Confraternitates eiuſdem Roſarij adhuc erectæ exiſtunt: de Superiorum, & ordinariorum licentia Confraternitates eiuſdem ſanctiſſimi Roſarij ad Dei, & eiuſdem Beatæ Mariæ Virginis laudem & gloriam erigere, & inſtituere liberè & licitè poſſint & valeant, plenam & liberam licentiam, & facultatem dicta Apoſtolica autoritate tenore præſentium concedimus: ac poſtquam erectæ fuerint, vt omnibus & ſingulis priuilegijs, indultis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, conceſſionibus, Indulgentijs etiam plenarijs & peccatorum remiſſionibus ac relaxationibus & gratijs quibuſuis alijs eiuſdem Roſarij Confraternitatibus, earumque Confratribus, ac Sororibus per prædictos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices etiam Prædeceſſores noſtros, ac etiam de latere Legatos, hactenùs quomodolibet conceſſis & concedendis, & quibus Confraternitates huiuſmodi, earumque Confratres & Sorores quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum pariformiter, eaque principaliter in omnibus & per omnia, ac perindè ac ſi illis ſpecialiter & expreſsè, ac nominatim conceſſæ fuiſſent, vti, potiri, concedimus & indulgemus; ac priuilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates,

conceſſiones, Indulgentias etiam plenarias, vt præfertur conceſſas & conceſſa, ad ipſas Confraternitates erigendas illarumque Confratres & Sorores pro tempore exiſtentes perpetuò extendimus & ampliamus.

Dum igitur in hoc Summario referentur aliquæ Indulgentiæ primò conceſſæ alicui Confraternitati, vel alicui particulari Altari Roſarij, recordari oportebit quòd in virtute illius Breuis Gregorij XII. & illius Bullæ Sixti V. huiuſmodi Indulgentiæ ſunt communes cuicumque alteri Capellæ vel Altari Roſarij, & omnibus alijs reſpectiuè quibuſcumque Confratribus & Conſororibus alicui Confraternitati Roſarij aſcriptis; in terminis tamen ſiue ſecundum quòd ſonant huiuſmodi Litteræ Apoſtolicæ in quibus illæ Indulgentiæ reperiuntur conceſſæ.

Indulgentiæ quas lucrantur illi qui recipiuntur in Confraternitate Sanctiſſimi ROSARII.

CAPVT II.

INNOCENTIVS III. anno 1483. die 13. Octobris, viuæ Vocis oraculo omnibus aggregatis ad Societatem ſanctiſſimi Roſarij per hebdomadam vnum integrum Roſarium recitantibus Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum ſuorum remiſſionem ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo concedit: de hoc mentionem facit Leo X. in Bulla ſua. *Paſtoris æterni* per hæc verba.

Innocentius Papa VIII. Prædeceſſor noſter cum anno Domini 1483. 13. menſis Octobris, quidam Bartholomæus de Comacijs de Bononia tunc dicti Ordinis Generalis Magiſter cum eiuſdem Ordinis

Prouin-

Prouincialibus Capitulum generale in Alma Vrbe celebraret: viuæ Vocis oraculo omnibus qui tunc erant, & in futurum eſſent de dicta Confraternitate Roſarij,& qui per hebdomadā dicerent pſalterium B. Mariæ Virginis,huiuſmodi plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, ac etiam receptis per litteras ad beneficia dicti Ordinis non ad quęſtum, ſed deuotionis cauſa conceſſit, de qua conceſſione per litteras teſtimoniales eiuſdem Bartholomæi ſui ſoliti Sigilli, ſeu ſigni Vſualis impreſſione munitas conſtat.

Iſtam Indulgentiam confirmauit ipſemet Leo X. in ſua Bulla: *Paſtoris æterni.* necnon omnes alias pariter conceſſas à Sixto V. & à Legatis Apoſtolicis his ſequentibus verbis: *Auctoritate* Apoſtolica,tenore præſentium Confraternitatem, ac ritum ſiue modum orandi huiuſmodi, necnon omnes & ſingulas Indulgentias tàm per Sixtum, & Innocentium Prędeceſſores,quàm Legatum Nuncium,& ordinarios prædictos vt præfertur conceſſas, & deſuper confectas litteras, ac omnia & ſingula in eis contenta approbamus, confirmamus, & innouamus, ipſaſque Indulgentias de nouo perpetuò concedimus.

Pius V. in ſua Bulla. *Conſueuerunt* data 17. Septembris 1569. Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum ſuorum remiſſionem concedit pro prima vice qua confeſſi & communicati, recepti & deſcripti fuerint in Societate ſanctiſſimi Roſarij dummodò vnam partem Roſarij dixerint,&pro ſancta Eccleſia Deum orauerint; hac eadem Indulgentia gaudent Confratres in mortis articulo conſtituti,ſi priùs confeſſi, & Viatici Sacramento muniti fuerint, vt de hoc conſtat per Verba ſequentia.

Et inſuper quò quiſque ad ſe numero Confratrum præfatorum aggregandum promptior & alacrior fiat

de

de Omnipotentis Dei Miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eiuſdem auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Confratribus prædictis per deputatos prædictos deſcriptis verè Pœnitentibus & Confeſſis qui prima vice qua deſcripti fuerint Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in aliqua Eccleſia, ſeu Capella dictæ Confraternitatis perceperint, & vnam ſaltem quinquagenam Roſarij recitauerint, & pro tranquillitate ſanctæ Matris Eccleſiæ orauerint, necnon qui in mortis articulo conſtituti ſalutaris Pœnitentiæ & Viatici Sacramento muniti fuerint, plenariam omnium peccatorũ ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Clemens VIII. in ſua Bulla. *Saluatoris* data Idibus Ianuarij 1592. omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus confeſſis, & communicatis die primo eorum ingreſſus in Confraternitatem, Indulgentiam plenariam concedit per hæc verba. Omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis qui dictam Confraternitatem ingredientur, die primo eorum ingreſſus ſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem autoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Idem Clemens VIII. per ſuam Bullam. *Cum ſicut.* Dat. Romę 2. Februarij 1598. eandem Indulgentiam plenariam concedit omnibus & ſingulis Confratribus, quo die in libro Confraternitatis Roſarij in domibus Fratrum Prædicatorum deſcribentur.

Indulgentiæ, quas lucrantur recitantes Roſarium in diebus ordinarijs.

CAPVT III.

PRIMÒ, toties Confratres ſanctiſſimi Roſarij lucrantur quadraginta dies Indulgentiæ, quoties per ſe, vel per alium recitant tertiam partem Roſarij, quæ continet 50. Aue Maria, & 5. Pater noſter, vt conceſſit Alexãder Epiſcopus Foroliuienſis per Germaniam Legatus à latere in ſuo Breui incipiente *Etſi glorioſos.* Dato Coloniæ 10. Martij 1479. per hæc verba relata à Leone X. in ſuâ Bulla. *Paſtoris æterni.* Et quotiès per ſe vel alium, dictum Roſarium legerint, vel legi fecerint quadraginta dies Indulgentiarum conceſſit.

Secundò, pro illa qualibet tertia parte toties Confratres ſanctiſſimi Roſarij obtinent quinque annos, & quinque quadragenas Indulgentiæ, vt conceſſit Sixtus V. in ſua Bulla, quæ incipit *Ea quæ ex Fidelium.* Data 12. Maij 1479. per hæc verba

Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præfato modo orare volentibus vbilibet exiſtentibus, præſentibus & futuris, pro qualibet vice qua ſicut præmittitur, orauerint pro qualibet quinquagena præfati Pſalterij quinque annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Iſta autem Indulgentia fuit confirmata à Leone X. in dicta ſua Bulla. *Paſtoris æterni.*

Tertiò, ex conceſſione Cardinalis Raimundi tituli S. Mariæ Nouæ per Germaniam ſanctæ Sedis Legati pro quolibet Roſario recitato lucrantur centum dies Indulgentiarum, ſicuti de hoc fidem facit Leo X. in illa ſua Bulla. *Paſtoris æterni* his ſequentibus verbis.

Raimundus tituli ſanctæ Mariæ Nouæ Presbyter Cardinalis tunc per Germaniam dictæ Sedis Legatus eiſdem Confratribus & Conſororibus pro quolibet Roſario centum dies Indulgentiarum, & ſimiliter plures ac diuerſi locorum Ordinarij, ſinguli Indulgentiam quadraginta dierum concesserunt.

Quartò, Innocentius Octauus per ſuam Bullam quæ incipit. *Splendor paternæ gloriæ.* Data 4. Cal. Martij 1488. approbando, & confirmando deuotiſſimam Confraternitatem de Roſario omnibus & ſingulis Confratribus Pœnitentibus & confeſſis tertiam partem Roſarij recitantibus, totiès quotiès illam dixerint 60. millia annorum & totidem quadragenas de iniunctis ſibi Pœnitentijs relaxat per hæc verba.

De Omnipotentis Dei miſericordia, Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, de Beatæ Virginis Mariæ meritis & interceſſionibus; omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus Confratribus, & Conſororibus conſcriptis verè pœnitentibus, & confeſſis Roſarium quinquagenarium dicentibus totiès quotiès id dixerint, ſexaginta millia annorum, & totidem quadragenas Indulgentiarum de iniunctis ſibi Pœnitētijs miſericorditer in Domino relaxamus, perpetuis futuris temporibus duraturis.

Item per hanc eandem Bullam concedit eiſdem Confratribus, & Conſororibus quinque annos, & totidem quadragenas ſi in fine cuiuslibet Angelicæ Salutationis nomen IESV nominauerint, per hæc verba.

Atque etiam ſi prædicti Confratres nomen IESV in fine cuiuslibet Angelicæ Salutationis nominauerint quinque annos, & totidem quadragenas ſimiliter concedimus perpetuis futuris temporibus.

Idem Pontifex Innocentius Octauus per eandem ſuam Bullam omnibus & ſingulis Confratribus verè pœni-

pœnitentibus deferentibus Roſarium, centum annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ concedit, per hæc verba:

Nos denuò cupientes, vt ipſi Confratres & Conſorores ſedulius Roſarium prædictum ob Virginis Mariæ reuerentiam deferant, quo ex dono cæleſtis gratiæ vberiùs conſpexerint ſe forè refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi; volumus & autoritate Apoſtolica ordinamus, & concedimus omnibus & ſingulis Confratribus, & Conſororibus conſcriptis verè pœnitentibus, nunc & pro tempore exiſtentibus Roſarium deferentibus, centum annos, & totidem quadragenas Indulgentiarum de iniunctis ſibi Pœnitentijs miſericorditer in Domino indulgemus.

Quintò, Alexander VI. in ſua Bulla, quæ incipit. *Illius qui perfecta Charitas eſt*, data Idibus Iunij 1494. approbat, confirmat, & duplicat ſupradictas omnes Indulgentias Confratribus ſanctiſſimi Roſarij, conceſſas à Sixto Quarto, & Innocentio Octauo, per hæc verba:

Omnes Indulgentias, libertates de hac deuotiſſima Confraternitate conceſſas, aut alia Priuilegia, ſeu Indulta à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conceſſa vobis & Ordini veſtro, approbamus, & confirmamus, ac etiam de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, & vt ex eo Confratres & Conſorores dono cæleſtis gratiæ vberiùs conſpexerint ſe forè refectos, omnes Indulgentias à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conceſſas, autoritate Apoſtolica, tenore præſentium duplicamus, perpetuis futuris temporibus duraturis.

Sextò, pro qualibet vice qua ipſi Confratres vtriuſ-

quæ ſexus confeſſi, vel propoſitum habentes confitendi, ter in hebdomada Roſarium recitauerint, lucrantur decem annos & totidem quadragenas, vt conceſſit Leo. X. in eadem ſua Bulla. *Paſtoris æterni* per hæc verba:

Et eorum ſingulis Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus dictæ Confraternitatis Confratribus & Consororibus vbilibet exiſtentibus, tam præſentibus quàm futuris, verè pœnitentibus & confeſſis, ſeu confitendi propoſitum habentibus qui ter in hebdomada dictum Roſarium deuotè orauerint vt præfertur, pro qualibet vice alios decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus.

Septimò, Adrianus VI. in ſua Bulla, quæ incipit *Illius qui Dominicū* data 1. Aprilis 1523. Indulgentiam quinquaginta annorum conceſſit Confratribus Ciuitatis de Victoria pro qualibet die qua recitarint vnam partem Roſarij in facie Capellæ Roſarij eiuſdem Ciuitatis per hæc verba:

Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati autoritate Apoſtolica, tenore præſentium eiſdem Confratribus nunc & pro tempore exiſtentibus, quòd recitando, ſeu dicendo prædictum Roſarium ſeu Pſalterium extra dictam Capellam in quacumque parte ipſius Eccleſiæ ex qua huiuſmodi altare conſpici poſſit, etiam prædictam Indulgentiam quinquaginta annorum conſequantur, in omnibus & per omnia, perindè ac ſi Roſarium ſeu Pſalterium huiuſmodi intra dictam Capellam recitaſſent.

Clemens VII. in ſuo Breui incipiente. *Conſiderantes* dato 6. Aprilis 1524. & in altero quod incipit *Ineffabilia* Dat. 23. Martij 1529. ampliauit, & conceſſit, vt dicti Confratres Roſarij Ciuitatis de Victoria, illam Indulgentiam conſequi poſſint in quacunque

cumq; Eccleſiã, vel Oratorio cuiuslibet loci tertiam partem Roſarij recitauerint, vt ex his ſequentibus verbis conſtat:

Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati autoritate Apoſtolica prædicta, tenore præſentium litteras Adriani Prædeceſſoris huiuſmodi, etiam ad hoc quòd prædicti Confratres dictæ Confraternitatis nunc & pro tempore exiſtentes, qui dictum Pſalterium in aliqua Eccleſia, ſeu Oratorio cuiuſuis loci in quo eos pro tempore reſidere contigerit, deuotè recitauerint, quoties id fecerint, Indulgentias prędictas conſequantur, quas conſequerentur ſi in dicta Eccleſia ſancti Dominici iuxta tenorem conceſſionis Prædeceſſoris huiuſmodi Pſalterium prædictum recitaſſent, autoritate Apoſtolica tenore præſentium extendimus, & ampliamus.

Octauò, Idem Pontifex Clemens VII. in illa ſua ſupracitata Bulla. *Etſi temporalium* data 8. Maij 1534. illi quinque annorum, & quinque quadragenarum Indulgētiæ conceſſæ Confratribus huiuſmodi à Sixto IV. pro qualibet vice qua tertiam partem Roſarij recitabunt, adiunxit alios duos annos veræ Indulgentiæ his ſequentibus verbis: Vt prædicti Confratres ad huiuſmodi deuotionis opera feruentiùs inducantur, præter huiuſmodi Indulgentias, omnibus Confratribus & Consororibus prædictum Pſalterium modo ſupra expoſito, & per nos conceſſo recitantibus, annos duos verę Indulgentię concedimus.

Inſuper hac eadem ſua Bulla. *Etſi temporalium*: declarauit, quòd etiamſi ad conſequendam Indulgentiam à Sixto IV. conceſſam, neceſſarium erat recitare Roſarium integrum ſemel dumtaxat in die, iam tamen ad illam obtinendam ſufficiebat illud recitare in hebdomada, per hæc verba:

Ad aperiendum igitur Cælorum ſemitam, & vt

feruentiùs inducantur quo exindè faciliùs animarum ſuarum ſalutem conſequi ſperauerint. Volumus, & ordinamus quòd ſpatiū vnius diei ad ſpatium integræ hebdomadæ amplietur, & dilatetur, & quòd in vna die fortaſſe tenebantur, pro die dies, pro vice vices aſſignamus, & nihilominùs illud idem conſequantur, ac ſi ritus antiquus integraliter ſeruaretur.

Nonò, Pius V. concedit Confratribus, & Conſororibus ſanctiſſimi Roſarij quadraginta dies Indulgentiæ quotieſcumque ceteris anni diebus (præter dies Annunciationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, & Purificationis, in quibus aliam maiorem Indulgentiam conceſſit) tertiam partem Roſarij recitauerint, vt conſtat in Bulla ſua, quæ incipit. *Iniunctum* data 14. Iunij 1566. per hæc verba: Reliquis verò anni diebus, quadraginta dies de Indulgentia &c.

Decimò, Idem Pontifex Pius V. in Bulla. *Conſueuerunt* dat. 17. Septembris 1569. eiſdem Confratribus recitantibus integrum Roſarium qualibet ſeptimana, concedit ſeptem annos & totidem quadragenas Indulgentiæ per hæc verba:

Et pariter Confratribus præfatis qui ipſum Roſarium integrum qualibet hebdomada deuotè recitauerint, ſeptem annos & totidem quadragenas de iniunctis ſibi Pœnitentijs etiam in Domino miſericorditer relaxamus.

Vndecimò, Clemens VIII. in ſua præfata Bulla. *Cum ſicut* concedit omnibus Confratribus recitantibus Roſarium, pro qualibet vice, ſeptem annos Indulgentiæ, per hæc verba:

Omnibus dictæ Societatis Roſarium deuotè recitantibus, qualibet vice ſeptem annos de iniunctis eis ſeu aliàs quomodolibet debitis Pœnitentijs miſericorditer in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus.

Duodecimò, Franciſcus de Claromōte tituli S. Ste-

Stephani in Cælio Monte Presbyter Cardinalis Archiepiſcopus Auxitanus per ſuam Bullam, quæ incipit. *Etſi glorioſos* data in Villa-noua die 9. mẽſis Aprilis 1514. Confratribus Roſarij, centum dies Indulgentiæ concedit quoties per ſe, vel per alium legerint, vel legi fecerint partem Roſarij, per hæc verba:

De omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus dictæ Confraternitatis Confratribus & Consororibus, centum dies Indulgentiarum, quotieſcumque per ſe vel per alium Roſarium B. Virginis quòd quinquaginta Aue Maria, cum quinque Pater noſter continuè legunt, legerint, vel legi fecerint, de iniunctis Pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Indulgentiæ, quas lucrantur huiuſmodi Confratres in aliquibus particularibus Anni diebus ROSARIVM recitantes.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT IV.

PRIMÒ, præfatus Alexander in Germania Legatus, concedit cẽtum dies Indulgentiæ ipſis Confratribus tertiam partem Roſarij dicentibus, in quinque feſtiuitatibus, & earum qualibet Beatæ Virginis, ſcilicet Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, & Purificationis; vt conſtat per hæc verba in ſuo Breui ſupracitato contenta:

Omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus Confratribus & Sororibus dictæ Confraternitatis, in quinque pręcipuis feſtiuitatibus Virginis, videlicet Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, & Purificationis, & in earum qualibet, centum dies de

In-

Indulgentia in Domino relaxamus. Hanc eandem Indulgentiam confirmauit Leo X. in dicta ſua Bulla *Paſtoris æterni*.

Secundò, Sixtus IV. in ſua Bulla *Paſtoris æterni* dat. 30. Maij 1478. concedit ſeptem annos, & totidem quadragenas ipſis Confratribus Pœnitentibus, & confeſſis recitantibus Roſarium integrum in ſingulis diebus Natiuitatis, Annunciationis, & Aſſumptionis B. Virginis ſecundum quòd ipſemet Leo X. in ſua Bulla. *Paſtoris æterni* referendo, teſtatur per hæc verba:

Et poſt verò felicis recordationis Sixtus Papa IV. Prędeceſſor noſter accepto per eum, quòd Confraternitas huiuſmodi in dicta Eccleſia de nouo inſtituta fuerat, voluit & ordinauit quòd omnes & ſinguli Confratres vtriuſq; ſexus Confraternitatem prædictam ſeruantes tam in dicta Ciuitate Colonienſi quàm & alibi vbicumque locorum, tunc & pro tempore exiſtentes verè pœnitentes & confeſſi, qui Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam prædictam, modo præmiſſo dixerint in ſingulis Natiuitatis, Annunciationis, Aſſumptionis eiuſdem B. Virginis Mariæ feſtiuitatibus, Indulgentiam ſeptem annorum & totidem quadragenarum conſequerentur.

Tertiò, Alexander VI. per ſuam prædictam Bullam, & per eadem verba iam ſupra relata cap. 3. duplicauit præcedentem Indulgentiam Sixti IV.

Quartò, Pius V. in ſua Bulla. *Iniunctum* dat. 14. Iunij 1566. concedit Indulgentiam plenariam cuicumq; Confratri qui confeſſus & communicatus recitat Roſarium in die Annuntiationis B. Virginis, ipſi verò qui recitat illud in diebus Aſſumptionis Natiuitatis & Purificationis decem annos totidemque quadragenas elargitur per hæc verba:

Om-

Omnibus & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus Confraternitatũ huiuſmodi Confratribus, qui corde cõtrito peccata ſua cõfeſſi fuerint & Sacratiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentũ deuotè sũpſerint, ac in die feſto Annunciationis eiuſdem B. Mariæ Virginis deuotè dictum Roſarium recitauerint, plenariam peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem à pœna quomodolibet debita autoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in Domino concedimus & elargimur; tribus verò alijs eiuſdem Beatæ Mariæ feſtiuitatibus videlicet Aſſumptionis, Natiuitatis, & Purificationis, quotieſcumque ipſi vtriuſque ſexus Confratres prædictum Roſarium vt ſuprà deuotè recitauerint, decem annos & totidem quadragenas; reliquis verò anni diebus quadraginta dies.

Per illam eandem Bullam concedit, quòd quoties nomen Sanctiſſimum Iesv, & Mariæ intus vel extra Roſarium quicumq; Confratres piè & deuotè nominauerint ſeu inuocauerint, toties ſeptem dies Indulgentię conſequantur, per hæc verba:

Et quoties nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti & eiuſdem Beatę Virginis Mariæ Matris ſuæ, tam intus quàm extra dictum Roſarium piè & deuotè nominauerint ſeu inuocauerint, ſeptem dies de iniunctis pœnitentijs, & debitis ſibi pœnis, eiſdem autoritate & tenore etiam miſericorditer in Domino relaxamus.

Quintò in ſua Bulla quæ incipit. *Conſueuerunt* concedit idemmet Pius V. decem annos & totidem quadragenas ſingulis Confratribus ſanctiſſimi Roſarij, qui in diebus Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Annunciationis, ac Aſſumptionis B. M. Virginis communicati, partem Roſarij recitauerint, in hæc verba:

Qui verò in die Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Annunciationis, ac Aſſumptionis B. Mariæ

riæ præfatum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint & partem Roſarij vt prę fertur recitauerint, decem annos & totidem quadragenas.

Illis verò Confratribus qui in alijs feſtiuitatibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & B. Virginis, in quibus ſacra Roſarij Miſteria recenſentur; vnam ſaltē quinquagenam ſiue tertiam partem Roſarij recitauerint ſeptem annos & totidem quadragenas Indulgentiarum concedit, vt in his ſequentibus verbis apparet:

Eiſdem autem Confratribus qui in reliquis Domini noſtri Ieſu Chriſti & B. Marię Virginis prę fatorum feſtis diebus, in quibus Sacra ipſius Myſteria recenſentur, vnam ſaltem quinquagenam recitauerint, ſeptem annos & totidem quadragenas de iniunctis ſibi pœnitentijs etiam in Domino misericorditer relaxamus.

Indulgentiæ, quas Confratres Sanctiſſimi Roſarij lucrantur aſſociantes Proceſſionem quæ fit prima Dominica cuiuslibet menſis in diebus feſtis B. Virginis.

CAPVT V.

PRIMÒ, ſinguli eorum qui interſunt Proceſſioni qualibet prima Dominica menſis fieri ſolitę, lucrantur ſeptem annos & totidem quadragenas conceſſas ab eodem Pio V. in ſua dicta Bulla. *Conſueuerunt* per hęc verba:

Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, etiam non Confratribus qui in eiuſdem Roſarij Proceſſione, quæ menſe quolibet fieri conſueuit deuotè interfuerint &c. ſeptem annos & totidem quadragenas in Domino relaxamus.

Se-

Secundò, Gregorius XIII. per ſuam Bullam quæ incipit. *Ad augendam* dat. die 24. Octobris 1577. omnibus & ſingulis Confratribus Roſarij Ciuitatis Bononieñ, confeſſis & communicatis, qui prima Dominica cuiuslibet menſis proceſſioni celebrandæ interſunt, & Capellam Roſarij viſitant, Indulgentiam plenariam concedit, per hæc verba:

Vobis omnibus & ſingulis Pœnitentibus & confeſſis, ac Sacratiſſima Communione refectis, qui ſingulis annis ſolemni Proceſſioni prima Dominica cuiuslibet menſis in dicta Eccleſia celebrandæ interfueritis, & dictam Capellam deuotè viſitaueritis, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia & vnione, ac hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderitis, plenariam omnium peccatorum veſtrorum remiſſionem & Indulgentiam, miſericorditer in Domino concedimus.

Tertiò, Confratres, eorumque ſinguli qui interſunt Proceſſioni per eos debitis diebus faciendę, eamque aſſociant, centum dies Indulgentiæ conſequuntur, ex conceſſione facta ab eodem Gregorio Decimotertio Confratribus Roſarij Ciuitatis Papieñ in ſuo Breui incipiente. *Cum ſic ut accepimus* Dat. 3. Ianuarij 1579. per hęc verba: Et qui Procesſioni per eos debitis diebus faciendę interfuerint eamq; aſſociauerint etiam centum dies de iniunctis eis ſeu alias quomodolibet debitis Pœnitentijs miſericorditèr in Domino relaxamus.

Quartò, Denique omnes & ſinguli Confratres vbicumque exiſtentes, plenariam Indulgentiam conſequuntur, qui confeſsi & communicati interſunt prę fatę procesſioni primę Dominicæ cuiuslibet menſis peragendę, vt concedit ipſe Pontifex Gregorius XIII. in ſua Bulla. *Paſtoris æterni*, per hęc verba:

Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus Confraternitatis Roſarij vbicumque exiſtentibus, verè pœnitentibus & confeſſis ac communicantibus &c. quique Proceſſioni quæ prima Dominica cuiuſlibet menſis fieri ſolet interfuerint, plenariam omniũ peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem, autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus.

Quintò, Idem Pontifex per ſuam Bullam quæ incipit. *Cupientes* dat. 24. Decembris 1583. extendit hanc Indulgentiam plenariam ad Infirmos & alios Confratres huiuſmodi legitimè impeditos, qui ſi confeſſi & communicati fuerint, ac Roſarium recitauerint, aliaſque preces pro ſancta Eccleſia fuderint eaſdem Indulgentias & peccatorum remiſſiones lucrantur, quas ſi intereſſent perſonaliter ipſis Proceſſionibus conſequerentur, vt apparet in his ſequentibus verbis.

Eiſdem vtriuſque ſexus Christi fidelibus in dicta Societate, vt præfertur deſcriptis videlicet, pœnitentibus confeſſis & Sanctiſſima Communione refectis qui propter infirmitatem, aut aliud legitimum impedimentum, Proceſſionibus prædictis pro tempore ab ipſa Societate de more celebrandis præſentes eſſe nequiuerint, vt Roſariũ deuotè recitando, & alias preces pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, & hæreſum extirpatione, ac pace inter Principes Chriſtianos concilianda & conſeruanda fundendo: eaſdem Indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequantur ſi ipſis Proceſſionibus perſonaliter intereſſent quas cõſequerentur autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & indulgemus.

Sextò, eandem plenariam Indulgentiam omniumque peccatorum ſuorum remiſſionem Confratres aſſequuntur, qui confeſſi & communicati interſunt dictæ Proceſſioni prima Dominica cuiuslibet menſis cele-

celebrandæ,& pro Chriſtianorum Principum concordia,ac pro bono Eccleſiæ Sanctæ ſtatu,ad Deum preces effundunt, ex conceſsione Pauli V. in ſua Bulla, quæ incipit. *Piorum Hominum* dat.15. Aprilis 1608. vt conſtat ex ſequentibus verbis:

Omnibus Confratribus & Conſororibus dictarum Confraternitatum verè pœnitentibus & confeſsis, ac Sacra Communione refectis, qui dictæ Proceſsioni ipſa prima Dominica cuiuslibet menſis in qualibet ex ipſis Eccleſijs,Capellis,vel Oratorijs peragendæ interfuerint,& pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint; plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſsionem miſericorditer in Domino concedimus.

Septimò, eandem Indulgentiam plenariam concedit Pius IV. in ſua Bulla quæ incipit. *Dum præclara* dat. 28. Februarij 1561. omnibus vtriuſque ſexus Confratribus Sanctiſsimi Roſarij,qui confeſsi,vel habentes animum firmum temporibus ſtatutis confitendi,aſſociauerint Proceſsionem quæ fit in die Purificationis, Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, Præſentationis, & Conceptionis B. Virginis,per hæc verba:

Omnibus verè pœnitentibus & confeſsis, vel firmum animum temporibus ſtatutis confitendi habentibus, qui Capellam eiuſdem Roſarij in dicta Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam, conſtitutam deuotè viſitauerint in feſtiuitatibus & ſolēnitatibus eiuſdem glorioſæ Virginis, videlicet Purificationis, Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, Pręſentationis, & Conceptionis: à primis Veſperis vſq; ad occaſum Solis feſtiuitatum huiuſmodi, vel proceſſionem aſſociauerint,plenariam omnium peccatorum

ſuorum Indulgentiam & remiſsionem conſequantur, miſericorditer in Domino elargimur.

Indulgentiæ quas lucrantur Confratres viſitantes Capellam Sanctiſſimi Roſarij.

CAPVT VI.

PRIMÒ, Pius IV. per illa verba immediatè ante relata, contenta in ſuo dicto Breui. *Dum præclara*, concedit Indulgentiam plenariam Confratribus illis, qui pœnitentes & confeſsi vel qui habent propoſitum confitendi, viſitabunt Capellam Roſarij in Eccleſia ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam Romę conſtitutam, in prædictis feſtis Purificationis, Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, Præſentationis, & Conceptionis B. Virginis.

Secundò, Gregorius XIII. in ſua Bulla quæ incipit. *Ad augendã*, dat. 12. Martij 1577. Indulgentiam plenariam concedit omnibus & ſingulis Confratribus Societatis Roſarij erectæ in Eccleſia Sancti Dominici Ciuitatis Cremonenſis, qui confeſsi & communicati, viſitabunt Altare Roſarij prima Dominica cuiuslibet menſis, necnon in ſingulis feſtiuitatibus Beatæ Virginis, vt conſtat per hæc verba quæ ſequuntur:

Vobis omnibus & ſingulis verè pœnitentibus & confeſsis & communicatis, qui in prima Dominica cuiuslibet menſis, necnon in ſingulis feſtiuitatibus eiuſdem B. Mariæ Virginis Altare ipſius Roſarij in dicta Eccleſia ſitum ſingulis annis viſitaueritis, & quilibet veſtrum viſitauerit, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia & vnione, ac hęreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias

ad

ad Deũm preces effuderitis, & quilibet veſtrum effuderit, plenariam omnium & ſingulorum peccatorum veſtrorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus & elargimur.

Tertiò, ipſe idem Pontifex in ſua altera Bulla quæ incipit. *Ad augendam* dat. 24. Octobris 1577. omnibus & ſingulis Confratribus Sanctiſſimi Roſarij Indulgentiam plenariam concedit, qui pœnitentes & confeſſi Sanctiſſimoque Sacramento refecti, in ſingulis feſtiuitatibus B. Mariæ Virginis Capellam Roſarij in Eccleſia Sancti Dominici de Bononia ſitã viſitauerint, ibique orauerint pro &c. vt conſtat ex his ſequentibus verbis:

Vobis omnibus & ſingulis Pœnitentibus & confeſſis, ac Sanctiſſima Communione refectis, qui &c. necnon in ſingulis feſtiuitatibus eiuſdem B. M. Virginis eandem Capellam pariter viſitaueritis, & vt præfertur oraueritis, quo die prædictorũ id feceritis, plenariam omniũ peccatorum veſtrorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino cõcedimus.

Quartò, idem Pontifex in ſuo Breui. *Cum ſicut accepimus* dat. 3. Ianuarij 1579. centum dies Indulgentiarum concedit vnicuique Confratri Sanctiſſimi Roſarij, pro eo die quo viſitauerit Capellam ſeu Altare Roſarij in Eccleſia Sancti Thomæ Ciuitatis Papieñ ſitum, per hæc verba:

Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus die quo dicti Roſarij Capellã ſeu Altare viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorũ Principum concordia & vnione, ac Hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint centum dies &c.

Quintò, & inſuper cuilibet Confratri, necnon ſingulis alijs vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus Indulgentiam plenariam concedit, qui confeſſi & communi-

cati

cati, illam Capellam ſeu Altare Roſarij Eccleſiæ ſancti Thomæ Ciuitatis Papień, tertia Dominica Aprilis & prima Octobris, à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis dierum huiuſmodi viſitauerint, & orauerint ſicut ante per hæc verba.

Præterea tam dictis Confratribus quàm omnibus alijs vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ac ſanctiſſima Communione refectis, qui Capellam ſeu Altare dictæ Confraternitatis in 3. Aprilis, & prima Octobris menſium Dominicis, à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis dierum huiuſmodi ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi vt præfertur orauerint, quo die prædictorum id fecerint, plenariã omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem tenore præſentium concedimus.

Sextò, idem Gregorius XIII. in ſuo Breui quod incipit, *Exponi nobis fecit* dat. 1. die Octobris 1577. omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus tam Confratribus quàm non Confratribus, plenariam omnium & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgẽtiam elargitur; qui pœnitentes & confeſſi, prima Dominica Octobris a primis Veſperis vſque ad occaſum Solis eiuſdem Dominicæ Eccleſiam B. Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe viſitauerint, ibique orauerint pro &c. vt hæc verba quæ ſequuntur indicant:

Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui eandem Eccleſiam, dicta Dominica à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis eiuſdem Dominicæ, ſingulis annis in perpetuum deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia & vnione, ac Hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus & elargimur.

Septi-

Septimò, denique idem Pontifex per ſuum Breue quod incipit. *Paſtoris æterni.* dat. 5. Maij 1587. omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus Roſarij vbique terrarum exiſtentibus, confeſsis & communicatis, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam cōceditsqui Capellam Roſarij in his diebus quibus feſta myſteriorum eiuſdem Roſarij celebrantur deuotè viſitauerint, per hæc verba:

Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus Confraternitatis Roſarij vbiq; exiſtentibus, verè pœnitentibus & confeſsis ac communicatis, qui Capellam Roſarij ijs diebus quibus feſta myſteriorum eiuſdem Roſarij celebrantur deuotè viſitauerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſsionem, autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & elargimur.

Octauò, Clemens VIII. in ſua Bulla quæ incipit. *Saluatoris.* dat. Idibus Ianuarij 1592. omnibus Confratribus vtriuſque ſexus confeſsis & communicatis Capellam ſeu Altare Roſarij ſitum in Eccleſiâ Fratrum Prædicatorum Oppidi Diuionēſis Diœceſis Lingonēn viſitantibus, in qualibet prima Dominica mēſis Octobris à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis, ibique orantibus pro &c. Indulgentiam plenariam ac omnium peccatorum ſuorum remiſsionem concedit, per hęc verba:

Rurſus tam eiſdem Confratribus quàm omnibus & ſingulis alijs prædicti ſexus Chriſti fidelibus, ſimiliter verè pœnitentibus & confeſsis ac dicta Sacra Communione refectis, qui Capellam ſeu Altare huiuſmodi in qualibet die prima Dominica menſis Octobris, à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis eiuſdem diei deuotè viſitauerint, ac inibi pias ad Deum preces pro Sedis Apoſtolicę, & Fidei Catholicæ exaltatione, ac Hæreſum extirpatione, necnon pacis in-

ter Principes Chriſtianos conſeruatione, aut aliàs prout vnicuique ſuggeret deuotio effuderint, quoties id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem Confratribus perpetuò, cæteris verò non Confratribus præfatis, pro primo anno decennij proximi tantum, eiſdem autoritate & tenore ſimiliter in Domino miſericorditer concedimus & elargimur.

Nonò, idem Clemens VIII. eadem ſua Bulla, confeſſis & communicatis, qui in die Pentecoſtes, & Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, necnon omnium Sanctorum, & Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vltra feſtum Paſchatis, Capellam ſeu Altare Roſarij viſitauerint, & ibi orauerint pro &c. ſeptem annos & totidem quadragenas concedit, per hæc verba:

Et inſuper eiſdem Confratribus, qui pariter verè pœnitentes & confeſſi dictum Sanctiſſimum Sacramentum in Pentecoſtes, & Aſſumptionis Beatiſſimæ ac Glorioſiſſimæ ſemperque Virginis Mariæ, necnon omnium Sanctorum, & Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti feſtiuitatibus, vltra feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ deuotè ſumpſerint, ac Capellam ſeu Altare huiuſmodi viſitauerint, & in eo orauerint, vt præfertur, alios ſeptem annos & totidem quadragenas, de iniunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentijs, autoritate & tenore ſupradictis pariter, miſericorditer in Domino relaxamus.

Indul-

Indulgentiæ, quas lucrantur Confratres exercentes opera pia.

CAPVT VII.

PRIMÒ, omni Sabbato, ſingulíſque diebus feſtis Confratres Sanctiſſimi Roſarij, quadraginta dies Indulgentiæ conſequuntur, ſi illis diebus adfuerint in Eccleſia vbi Confraternitas Roſarij ſit erecta, quando poſt Completorium Antiphona Salue Regina decantatur, vt conceſſit præfatus Alexander legatus Apoſtolicus, & poſtea Leo X. confirmauit in ſua Bulla. *Paſtoris æterni*.

Secundò, Gregorius XIII. in ſuo Breui ſupra relato incipiente, *Cum ſicut accepimus* concedit in fauorem Societatis Roſarij Ciuitatis Papienſis omnibus & ſingulis Confratribus, centum dies Indulgentiæ, quoties ipſi ad aſſociandũ Sanctiſſimi Roſarij Vexillum dum corpora defunctorum Confratrũ ad ſepulturam deferuntur, iuerint, anniuerſarijs pro eorum animabus celebrandis interfuerint, ibiq; pro ijs orauerint, vel infirmos Confratres ad Eccleſiaſtica Sacramenta capienda adhortando viſitauerint, vt ex ſequentibus verbis conſtat:

Necnon qui ad aſſociandum ipſius Sanctiſſimi Roſarij Vexillum quando corpora mortuorum Confratrum ad ſepulturam deferuntur, iuerint, anniuerſarijs pro animabus Confratrum defunctorum celebrandis interfuerint, & ibi vt præfertur vel aliàs orauerint, aut infirmos Confratres ad Eccleſiaſtica Sacramenta capienda adhortando viſitauerint, centum pariter dies de iniunctis eis ſeu aliàs quomodolibet debitis Pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus.

Tertiò, Clemens VIII. in ſua Bulla ſupradicta quę incipit. *Saluatoris*, concedit ſexaginta dies de iniunctis pœnitentijs Confratribus Sanctiſſimum Sacramētum dum ad aliquem infirmum defertur aſſociantibus, eandem etiam Indulgentiam alia opera pia exercentibus elargitur, per hæc verba:

Præterea eiſdem Confratribus, qui Diuinis Officijs per illos ſeu ex eorum ordinatione & inſtituto, in Capella huiuſmodi decantandis & celebrandis, ac Cōgregationibus publicis vel ſecretis pro felici directione dictæ Confraternitatis habendis, interfuerint, atque prædictum Sacratiſſimum Sacramentum dum illud ad aliquem infirmum deferre contigerit aſſociauerint, ac qui legitimè impediti hoc facere nequiuerint, campanæ ad id ſigno dato, genuflexi ſi potuerint, orationem Dominicam pro eodem infirmo recitauerint, necnon cuiuſcumque Confratris cadauer vſque ad ſepulturam Eccleſiaſticam aſſociauerint, vel eos in eorum infirmitatibus viſitauerint, vel conſolati fuerint, ac quinquies orationem prædictam, & toties Salutationem Angelicam coram imagine ſanctiſſimi Crucifixi in honorem quinque plagarum Domini noſtri Ieſu Chriſti pro animabus eorumdem Confratrum in Chriſti charitate defunctorum recitauerint: quoties aliquod præmiſſorum fecerint, ſexaginta dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, autoritate & tenore præmiſſis, etiam miſericorditer in Domino relaxamus.

Quartò, idem Pontifex ſua Bulla incipiente. *Cum ſicut accepimus* eandem Indulgentiam ſexaginta dierum concedit Confratribus ſimilia opera pia exercentibus, per hæc verba:

Præterea, quoties Diuinis Officijs, aut Congregationibus publicis, vel priuatis in Eccleſia ſeu Capella vel Oratorio dictæ Confraternitatis celebrandis,

pro-

proceſſionibus per eaſdem Confraternitates de licentia Ordinariorum faciendis interfuerint, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum dum proceſſionaliter ad infirmos defertur, religiosè comitati fuerint, mortuos ad Eccleſiaſticam ſepulturam aſſociauerint, infirmos viſitauerint, pacem inter inimicos compoſuerint, aut aliud pietatis opus peregerint; ſexaginta dies de iniunctis vt ſupra Pœnitentijs relaxamus.

Quintò, idem Pontifex Clemens VIII. in ſuo Breui. *Ineffabilia*. dat. 12. Februarij 1598. omnibus & ſingulis Confratribus Societatis Roſarij erectæ in Eccleſia ſancti Pauli Vallis-oletani Ordinis Fratrũ Prædicatorum, centum dies Indulgentię pro qualibet vice qua confeſſi, vel habentes propoſitum confitendi, interfuerint Antiphonæ Salue Regina, quæ in dicta Eccleſia poſt Completorium decantatur.

In feſtiuitatibus Beatiſſimæ Virginis, necnon Apoſtolorum, ac Sanctorum dicti Ordinis, aut quotieſcumq; ſecundum Statuta dictæ Confraternitatis, cum cereis accenſis tenētur adeſſe eidem Antiphonę dum cantatur, ijs qui ſic interfuerint, tres annos & totidem quadragenas Indulgentiæ concedit:

Illis verò qui pro die Dominica infra octauas Natiuitatis B. Virginis, quam dicta Confraternitas ſpeciali ſolemnitate celebrat; ornandis Altaribus vel Eccleſiæ præparandæ vacauerint, ſiue ornamenta ad Diuinum cultum pertinentia miſerint, centum dies Indulgentiæ largitur.

Supradictas omnes Indulgentias infirmis & alio legitimo impedimento detentis, qui prædictam Antiphonam flexis genibus coram Altari, vel Imagine B. Virginis recitauerint, concedit:

Denique Confratribus præfatis viſitantibus alios Confratres infirmos, vel eorum cadauera ad ſepulturã ad dictam Eccleſiam aſſociãtibus, tres annos & totidẽ quadragenas elargitur.

Pariter ijſdem,die,& anno,& Bulla,dat. ab eodem Pontifice Clemente Octauo ,quæ eodem modo incipit.*Ineffabilia* : concedit Confratribus Societatis Roſarij erectæ in Eccleſia Sancti Petri Martyris loci de Medina de Rio-Seco , eaſdem Indulgentias, per hæc eadem verba contenta in vtroque Breui, quæ ſequuntur:

Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus & confeſſis, ſeu ſtatutis à Iure temporibus firmum confitendi propoſitum habentibus , qui præfatæ Antiphonæ interfuerint , quoties id fecerint,quinquaginta;Confratribus verò centum dies : In feſtiuitatibus eiuſdem Beatiſſimę Marię Virginis, necnon Apoſtolorum , & Sanctorum dicti Ordinis, & quando ſecundum Statuta dictæ Confraternitatis ipſi Confratres cum cereis accenſis tenentur adeſſe , eiſdem Confratribus vt præfertur intereſſentibus , tres annos & totidē quadragenas de iniunctis eis,aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, Apoſtolica autoritate tenore præſentium miſericorditer in Domino relaxamus . Præterea, quia die Dominica infra octauas Natiuitatis eiuſdem Beatæ Virginis ipſi Confratres ſolemniter feſtiuitatem huiuſmodi celebrare volunt, eiſdem Confratribus verè pœnitentibus & confeſſis,qui eadem die ſingulis annis ſanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum perceperint, & Altiſſimo preces pro vniuerſalis Eccleſię ac Romani Pontificis ſtatu fuderint , Indulgentiam plenariam ſuorum peccatorum autoritate , & tenore præſentis concedimus &c.Illis autem,qui pro dicta ſolemnitate ornandis Altaribus vel Eccleſiæ præparādæ vacauerint , ſiue ornamēta ad Diuinum cultum pertinentia miſerint, centum dies, infirmis verò , mulieribus grauidis, & alio legitimo impedimento detentis, qui prædictam Antiphonam flexis genibus coram Altari,

vel

vel Imagine eiuſdem Dei Genitricis deuotè recitauerint, Confratribus ſeu alijs Chriſti fidelibus reſpectiuè prout ſuperiùs dicitur, Indulgentias prædictas conceſſas, & inſuper Confratres præfatos quando infirmabuntur viſitantibus, vel eorum corpora cum ab humanis deceſſerint, ad Eccleſiam aſſociantibus, tres annos & totidem quadragenas ſimiliter de iniunctis eis, aut aliàs debitis Pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus.

Indulgentiæ, quas lucrantur Confratres & Conſorores Sanctiſſimi ROSARII viſitantes quinque Altaria.

CAPVT VIII.

COMMVNICATIO omnium Indulgentiarum Stationum Romæ, fuit primò conceſſa à Leone X. vt teſtatur Clemens VII. in illo ſupracitato breui. *Etſi temporalium*: quo etiam illam gratiam confirmat, per hæc verba:

Et quia Leo X. ordinando inſtituit, ac benignè cõceſſit, quòd quilibet ex dictis Cõfratribus vbicũq; exiſtentibus viſitãdo quinq; Altaria cuiuſcumq; Eccleſię, vel vnũ aut duo quinquies ſi quinq; defuerint, eaſdẽ Indulgẽtias integraliter cõſequeretur, ac ſi omnes Almæ Vrbis Stationes peregrinando circumiret, hoc idem autoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac pro firmis & approbatis eſſe & haberi volumus & decernimus. Paulus III. in ſuo Breui quod incipit. *Rationi congruit* dat. 3. Nouembris 1534. hanc eandem gratiam confirmauit.

Clemens VIII. per ſuam Bullam ſupradictam. *Cum ſicut accepimus* concedit Confratribus Roſarij viſitã-

tibus

tibus quinq; Altaria, ſiue quinquies vnum, ducentos dies Indulgentiæ, per hæc verba:

Viſitantibus autem quinque Altaria, ſiue quinquies vnum, deuotèque dicentibus pro myſterijs gaudioſis decem vicibus Ieſu Fili Dauid miſerere mei, cum verſiculo Gloria Patri vſque in finem, vel alia vice pro myſterijs Paſſionis Chriſti Domini noſtri decem vicibus Ieſu Nazarene Rex Iudæorum miſerere mei, cum verſiculo Gloria Patri vſque in finem, & altera vice pro myſterijs glorioſis decem vicibus Ieſu Chriſte Fili Dei viui, cũ verſiculo Gloria Patri vſque in finem, adiungendo ſingulis ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, ducentos dies de iniunctis eis ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, miſericorditer in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus.

Indulgentiæ, quas conſequuntur Confratres & Conſorores Sanctiſſimi Roſarij qualibet prima Dominica cuiuslibet menſis, & in feſtiuitatibus Myſteriorum nominis Dei, confeſſi & Sacra Communione refecti.

CAPVT IX.

GREGORIVS XIII. in ſuo Breui quod incipit. *Ad augendam* dat. in fauorẽ Cõfraternitatum Sanctiſſimi Roſarij erectarum in Eccleſijs Conuentuum Prouinciæ Lombardiæ Ordinis Fratrum Prædicatorũ die 8. Nouembris 1568. & in altero ſimili dat. 29. Auguſti in fauorem Prouinciæ Romanæ eiuſdem Ordinis, concedit Indulgentiam plenariam omnibus & ſingulis præfatis vtriuſque ſexus Confratribus qui

pœ-

pœnitentes & confeſſi in prima Dominica cuiuslibet menſis Sanctiſſimum Sacramentum ſumpſerint in dictis Fratrum Prædicatorum Eccleſijs, ſeu earum qualibet, ibique pias ad Deum preces effuderint pro &c. aut altera vbi nimirum Confraternitas Roſarij canonicè erecta exiſtat.

Hanc eandem Indulgentiam concedit infirmis Cōfratribus, qui ad eaſdem Eccleſias ſeu earum quamlibet accedere non valentes, domi ſuæ præuia peccatorum Confeſſione & Sanctiſſima Communione, ante deuotam aliquam Imaginem Roſarium, ſeu Coronā, aut ſeptem Pſalmos recitauerint, vt ex ſequentibus verbis contentis in illo vtroque Breui conſtat;

Vobis omnibus & ſingulis verè pœnitentibus & confeſſis, qui in prima Dominica cuiuslibet menſis in dictis Eccleſijs ſeu earum qualibet, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deuotè ſumpſeritis, & quilibet veſtrum ſumpſerit, & ibi pro pace inter Chriſtianos Principes conſeruanda, ac Hæreſum extirpatione, ſanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderitis, & effundent, plenariam omnium peccatorum veſtrorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Quam infirmis quoque dictarum Confraternitatum, qui ad eaſdem Eccleſias, ſeu earum quamlibet accedere nequiuerint, domi ſuæ præuia peccatorum Confeſſione ac ſanctiſſima Communione ante deuotam aliquam Imaginem, Roſarium ſeu Coronam, aut ſeptem Pſalmos qui legere ſciunt deuotè recitantibus, ſuffragari poſſe volumus.

Clemens VIII. in ſuo dicto Breui. *Ineffabilia glorioſæ Virginis* dat. 12. Februarij 1598, Cum Fratribus Societatis Roſarij erectæ in Eccleſia S. Pauli Vallis-oletani Ordinis Prædicatorum, qui in Dominica infra octauas Natiuitatis B. Virginis, confeſſi & commu-

municati fuerint, & pro bono Statu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Summiq; Pontificis, Deum orauerint; Indulgentiam plenariam ſuorum peccatorum concedit.

Item per aliud Breue ſimile dat. pariter die & anno quibus ſupra, Confratribus Societatis Roſarij erectæ in præfata Eccleſia ſancti Petri Martyris loci de Rio-Seco, eandem Indulgentiam plenariam elargitur, per hæc verba:

Præterea quia die Dominica infra octauas Natiuitatis eiuſdem B. Mariæ Virginis ipſi Confratres ſolemniter feſtiuitatem huiuſmodi celebrare volunt, eiſdem Confratribus verè pœnitentibus & confeſſis, qui eadem die, annis ſingulis Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum perceperint, & Altiſſimo preces pro Vniuerſalis Eccleſiæ, & Romani Pontificis Statu fuderint, Indulgentiam plenariam ſuorum peccatorum autoritate & tenore præſentis concedimus:

Idem Pontifex Clemens Octauus in ſua dicta Bulla. *Cum ſicut accepimus* plenariam Indulgentiam concedit confeſſis & Sacra Cõmunione refectis pro qualibet die feſtiuitatum myſteriorum nominis Dei, per hæc verba:

Prȩterea ijſdem omnibus quindecim Myſteriorum nominis Dei feſtiuitatibus, verè pœnitentibus & confeſſis, ac Sacra Communione refectis qualibet die earumdem feſtiuitatum, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam miſericorditer in Domino concedimus.

Indulgentiæ quibus gaudent Confratres & Conſorores Sanctiſſimi Roſarij in mortis articulo.

CAPVT X.

SVPRA dictum eſt, quòd Confratres Sãctiſſimi Roſarij ex conceſſione Innocentij VIII. Leonis X. & Pij V. conſequuntur ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis Indulgentiam plenariam, dummodo ſaltem tertiam partem Roſarij dixerint, vt in verbis eorumdem Pontificum ſupra relatis dignoſci poteſt.

Adrianus VI. in ſua Bulla quæ incipit. *Illius qui Dominicum gregem*, dat. 1. Aprilis 1523. concedit Indulgentiam plenariam Confratribus Societatis Roſarij erectæ in Eccleſia Fratrum Prædicatorum Ciuitatis de Victoria, qui in articulo mortis cereum benedictum benedictione Confraternitatis huiuſmodi pre manibus tenuerint dummodo tamen ante eorum obitum Roſarium ſeu Pſalterium ſemel tantum recitauerint, per hæc verba:

Ipſi Confratres in dicto Oppido, & extra illud habitantes, qui Cereum benedictum Confraternitatis huiuſmodi in honorem eiuſdem Virginis Mariæ in manibus tenentes ab hac luce migrauerint, ſi ante eorum obitum Roſarium huiuſmodi ſemel dumtaxat, recitauerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem & Indulgentiam conſequantur, extendimus & ampliamus.

Clemens Octauus in illa ſua ſupradicta Bulla. *Saluatoris &c.* Indulgentiam plenariam concedit conſtitutis in mortis articulo confeſſis & commmunicatis, per hæc verba;

Ac tam ipſis quàm iam ingreſſis Confratribus prædictis etiam verè pœnitentibus & confeſſis ac Sacra Communione refectis, pium nomen Ieſu corde ſi ore

nequiuerint, inuocando in eorum mortis articulo ple-
nariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam,
& remiſſionem, autoritate Apoſtolica tenore præſen-
tium miſericorditer in Domino concedimus & elar-
gimur.

Idem Pontifex Clemens Octauus in ſua dicta Bul-
la. *Cum ſicut*, eandem Indulgentiam plenariam con-
cedit Confratribus in mortis articulo, per hæc ver-
ba:

Necnon omnibus & ſingulis Confratribus quo die
in libro prædictæ Confraternitatis Roſarij in domibus
Fratrum Prædicatorum deſcribentur, & in eorum cu-
iuslibet mortis articulo, verè etiam pœnitentibus &
confeſſis, ac Sacra Communione refectis, vel ſi id fa-
cere nequiuerint verè contritis, ac nomen Ieſu ore,
vel corde piè inuocauerint, plenariam ſimiliter om-
nium peccatorum ſuorum indulgentiam miſericor-
diter in Domino concedimus.

Idem Pontifex Clemens Octauus in ſuo præfato
Breui. *Ineffabilia &c.* Indulgentiam plenariam con-
cedit Confratribus Societatis Roſarij erectæ in di-
cta Eccleſia ſancti Pauli in articulo mortis conſtitutis,
ſi Sacramentis Eccleſiaſticis muniti & Eccleſiæ Ro-
manæ fidem profeſſi, Antiphonam Salue Regina reci-
tantes ſe Beatiſſimæ Virgini commendauerint. Ean-
dem indulgentiam concedit Confratribus Societatis,
erectæ in pręfata Eccleſia S. Petri Martyris, loci Me-
dina de Rio-Seco Ordinis Fratrum Prædicatorum,
per hæc verba in vtroq; Breui contenta:

Ipſis autem Confratribus in articulo mortis con-
ſtitutis, & Sacramenta Eccleſiaſtica ſuſcipientibus,
ac Eccleſiæ Romanæ fidem profeſſis, qui Antipho-
nam prædictam recitantes eidem B. Virgini ſe com-
mendauerint, plenariam omnium delictorum ſuorũ
indulgentiam & remiſſionem, etiam autoritate & te-

nore

more præſentis miſericorditer in Domino concedimus & elargimur.

Quomodo huiuſmodi ſupradictæ omnes Indulgentiæ Infirmis, ac legitimo impedimento detentis ſuffragantur.

CAPVT XI.

ALEXANDER VI. per ſuam Bullam ſupradictam quæ incipit. *Illius qui perfecta charitas eſt &c,* concedit quòd Confratres obſeruare Confraternitatem non valentes, annuatim dicentes vel dicere facientes vnam Miſſam participent in bonis Spiritualibus aliorum ſuorum Confratrum & totius Eccleſiæ, per hæc verba:

Volumus autem, & autoritate Apoſtolica ordinamus dictis Confratribus & Conſororibus conſcriptis, Orationem & Salutationem prædictas dicentibus aliquod aliud priuilegium Viuis pariter & Defunctis in perpetuum duraturum per nos conceſſum, videlicet, quòd ſi dicti Confratres iſtam Confraternitatem prædictam obſeruare non valentes annuatim dicant, aut dicere faciant vnam Miſſam, vt tandem participent & communicent ad inuicem in bonis Spiritualibus ab eiſdem Confratribus & Conſororibus dicturis & facturis, ſimiliter & in noſtris totiuſque militantis Eccleſiæ, in quibus volumus eos fieri participes.

Sixtus V. in illo ſuo citato breui. *Dum ineffabilia,* dat. 30. Ianuarij 1586. omnibus & ſingulis præſentibus & futuris vtriuſque ſexus Confratribus Roſarij itinerãtibus vel nauigantibus Roſarium integrum: & infirmis vel legitimè impeditis tertiam eius partem recitantibus, animumque firmum temporibus ab Ec-

cleſia ſtatutis, confitendi & communicandi habentibus qui non poſſunt viſitare Altare Roſarij, Capellas ſeu Eccleſias vbicumque dicta Confraternitas canonicè fundata fuerit in feſtis in quibus myſteria Roſarij recenſentur, vel intereſſe proceſſioni quæ fit prima Dominica cuiuslibet menſis, concedit Indulgentiam plenariam, necnon omnes Indulgentias conceſſas illis Confratribus qui viſitant in illis diebus Eccleſias vel Capellas Roſarij, aut interſunt dictæ proceſſioni, vt hęc omnia apparent in his ſequentibus verbis:

Omnibus & ſingulis vtriuſpue ſexus Confratribus ſingularum Confraternitatū Roſarij huiuſmodi, tam hactenus quàm impoſterùm erigendarum vt præfertur, vbicumque nunc & pro tempore exiſtentibus, & in dictis Confraternitatibus pro tempore deſcriptis & deſcribendis, itinerantibus vel nauigantibus, ac ſeruientibus, totum Roſarium, infirmis verò aut aliàs legitimè impeditis, tertiam eius partem deuotè recitantibus, necnon temporibus debitis ab Eccleſia ſtatutis, confitendi & communicandi firmum propoſitum habentibus, qui Capellam B. Mariæ Roſarij in Eccleſia ipſius B. Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe eiuſdem Ordinis Prædicatorum inſtitutam, vel alias Eccleſias ſeu Capellas, vbicumque dicta Confraternitas canonicè fundata fuerit, ijs diebus quibus feſta myſteriorum eiuſdem Roſarij celebrantur, viſitare & proceſſioni quæ prima Dominica cuiuslibet menſis fieri ſolet, intereſſe non potuerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem, autoritate & tenore prædictis concedimus, & peccatorum remiſſiones etiam plenarias aliàs Confratribus & Sororibus, Capellas ſeu Eccleſias Roſarij huiuſmodi dictis diebus viſitantibus, ac dictæ proceſſioni intereſſentibus, ſpecialiter vel generaliter conceſſas & in futurum concedendas, in omnibus & per

om-

omnia, perindè ac ſi dictas Capellas ſeu Eccleſias dictis diebus perſonaliter viſitarent, & Proceſſionibus huiuſmodi intereſſent, autoritate & tenore prædictis communicamus & communicatas eſſe ſpecialiter & generaliter decernimus & declaramus.

Indulgentiæ pro Defunctis.

CAPVT XII.

ALEXANDER VI. per ſuam ſupradictam Bullam incipientem. *Illius qui perfecta charitas eſt &c.* cõcedit, quod omnes & ſinguli Cõfratres qui ſe exarari fecerint, aut exarauerint nomina ſuorũ parẽtum vel aliorũ defunctorum in purgatorio exiſtentiũ, & manus adiutrices iuxta eorum poſſe, porrexerint totam pœnam quam in purgatorio pati debuerint, per modum ſuffragij relaxat ac dimittit, per hæc verba:

Verum vt Chriſti fideles B. V. Mariæ Confratres effici concupiſcant, volumus & autoritate Apoſtolica decernimus, quòd omnes & ſinguli Confratres & Conſorores Animabus ſuorum parentũm vel aliorum defunctorum in purgatorio exiſtentium ſuccurrere volentes, ſingulariter nomina ſuorum parentum, vel aliorum defunctorum in purgatorio exiſtentium exarent, vel exarare faciant, ſi verò pro ſingulari Anima, interuentione deuota manus porrexerint adiutrices iuxta eorum poſſe & facultatem, tandem pœnam quam in purgatorio pati debuerint, autoritate Dei qua vtimur in terris de qua magis ac magis cõfidimus in cęlis, autoritate plenaria totius militantis Eccleſiæ eis bona ipſius communicando; ac merita paſſionis Chriſti, ac Virginis Mariæ interceſſionibus per modũ ſuffragij, miſericorditer in Domino relaxamus pariter & dimittimus.

Gre-

Gregorius XIII. per ſuam Bullam quæ incipit. *Omnium Saluti*, dat. anno 1582. 3. Cal. Decembris, concedit quòd quoties in Altari Sanctiſſimi Roſarij in Eccleſia Monaſterij S. Dominici de loco Racconiſij Diœceſis Taurinenſis, ab aliquo dictæ domus Sacerdote Miſſa defunctorum celebratur pro Anima cuiuſcumque fidelis Confratris Sanctiſſimi Roſarij, ipſa de Theſauro Eccleſiæ Indulgentiam conſequatur: quatenus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis ſuffragantibus à purgatorij pœnis liberetur.

Clemens IX. per ſuam Bullam quæ incipit. *Exponi nobis*, dat. 22. Februarij 1668. omnibus & ſingulis Confratribus Confraternitatum Sanctiſſ. Roſarij in Indijs, Carolo Hiſpaniarum Regi ſubiectis integrum Roſarium recitantibus: omnes & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes largitur: quas Chriſti fideles in Regnis Hiſpaniarum degentes, & Coronam B.M. Virginis recitantes conſequuntur, per hæc verba:

Omnibus & ſingulis Confratribus & Conſororibus Confraternitatum Sanctiſſimi Roſarij huiuſmodi, in Indijs dicto Carolo Regi ſubiectis, erectarum & in futurum erigendarum, qui Roſarium ſeu Pſalterium B.M.V. integrum recitauerint, vt eas omnes & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarũ relaxationes cõſequantur, quas conſequerentur Chriſti fideles in Regnis Hiſpaniarum degentes qui Coronam eiuſdem B.M.V. recitant, Apoſtolica autoritate tenore præſentium perpetuò concedimus & indulgemus.

BVLLÆ

Quæ hactenus repertæ ſunt, conceſſæ à diuerſis Summis Pontificibus in fauorem Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarij.

Bulla Alexandri Epiſcopi Foroliuienſis Legati à latere per Germaniam.

ALEXANDER Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Foroliuienſis, cum plena Legati à latere poteſtate per totam Germaniam Nuncius Apoſtolicus. Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. *Etſi glorioſos* Curiæ Cæleſtis Ciues, Sanctos videlicet & Eccleſias, & loca Sacra, & laudabiles Confraternitates ad Dei gloriam & illorum honorem erectas & inſtitutas, vehementi feruore & animi pietate venerari debemus, cum illorum patrocinijs ſæpè egeamus, tamen maximè ſingulari deuotione Virgo Maria omni laude digniſſima excolenda eſt, cum Ieſus Chriſtus Dominus noſter eius precibus flectatur, imò verò omnibus illius petitionibus accedat. Propter quod Fraternitates eius, & loca pia Virginis honori dicata ſumma affectione, ingenti cura, & egregia pietate complecti, imò verò ad id efficiendum obſtricti, venerari debemus, cum Beatus ac deuotus *Bernardus* affirmet, nihil nos ſine Virginis interceſſione valere, nihil promereri poſſe ſi eius fuerimus auxilio deſtituti, ſed miſerè & abiectè iacere, cum ſine ipſa factũ ſit nihil.

Quam.

§. 1. Reſtitutio, & innouatio Cõfraternitatis Sanctiſs. Roſarij à Sancto Dominico fũdatæ.

Quamobrem, vt laudabilis Confraternitas Roſarij Virginis Sanctiſſimæ, & in communicatione bonorum operum effuſiſſimè per Fratres Ordinis Prædicatorum Colonienſium, ſub certis & quibuſdam Regulis ad laudem & gloriam Virginis, & multarum animarum ædificationem & ſalutem ſaluberrimè inſtituta (imò verò reſtituta potiùs, & innouata, cum in varijs hiſtorijs legatur illam à B. Dominico fuiſſe prædicatam, ſed temporum neglectu intermiſſam & quaſi deletam) firmior, & ſalubrior exiſtat, & in dies omnium hominum conſenſu propagetur, vt Fratres in Chriſto ardentiùs Confraternitati Virginis adſcribi poſtulent, cum ſe nouerint in dicta Fraternitate cæleſtis gratiæ fructibus refectos, & præterea nos ſingulari Virginis, & eius Fraternitatis deuotione commoti, in quam volumus admitti, & adſcribi petijmus, & etiam ſupplicatione Sereniſſimi Imperatoris Federici III. ſemper Auguſti, eiuſque precibus maximè inclinati, autoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa approbamus, confirmamus, & ratificamus prędictam Confraternitatem.

Approbatio, & confirmatio Cõfraternitatis Sãctiſſimi Roſarij.

§. 2. Centum dies Indulgentiarũ in quinq; præcipuis feſtiuitatibus B. V. largitur.

Et de miſericordia Dei omnipotentis, & Beatorũ Apoſtolorum Petri & Pauli autoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus Confratribus & Sororibus dictæ Confraternitatis, in quinque præcipuis feſtiuitatibus Virginis, videlicet Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, & Purificationis & in earum qualibet, centum dies de Indulgentia.* Et omni vice, per ſe vel per alios Roſariũ Virginis, quod quinquagies Salutationem Angelicam, & quinquies Orationem Dominicam complectitur, legerint, vel legere fecerint, aut in die Sabbatho, feriali vel feſtiu o quando Salue Regina canitur poſt completorium apud eoſdem Fratres Ordinis Prædicatorum coram Altari clementiſſimæ Virginis:, vbi prædicta

* Tertiã partẽ Roſarij recitantibus, & in die Sabbatho ad Salue Regina aſsiſtentibus 40. dies de Indulgẽtia pro iniunctis pœnitẽtijs relaxat.

dicta Cōfraternitas inſtituta eſt, preſentes adſtiterint, quadraginta dies de Indulgentia ſingulis vicibus quibus id fecerint pro iniunctis ſibi pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus noſtris litteris perpetuò valituris. In quorum omnium & ſingulorum fidem volumus præſentes noſtras conceſſionis litteras conſcribi, & à noſtro Secretario pariter ſubſcribi, & maioris & oblongioris noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum Coloniæ anno Dominicæ Incarnationis 1476. Indictione 9. die decima menſis Martij, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Sixti Diuina Prouidentia Papæ IV. Anno eius quinto.

Duæ Bullæ Sixti Quarti.

PRIMA.

SIXTVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. *Paſtoris æterni*, vices licet meritis inſufficientibus in terris gerentes. *Oues* Dominici gregis nobis cælitus creditas ad caulas Salutis æternæ perducere ſummis deſiderijs exoptamus, ac illas ad præparandam ſibi perennem gloriam indulgentijs, & remiſſionibus inuitamus, vt eo deuotiùs orationes Altiſſimo effundant, quo per illas ad alia pia opera, quæ in hac mortali vita exercuerint faciliùs attingere poterunt prçmia felicitatis æternæ. Cū itaque ſicut accepimus in Eccleſia domus Ordinis Fratrum Prædicatorum Colonienſis, ſit quædam Cōfraternitas vtriuſque ſexus fidelium de Roſario Beatę Mariæ Virginis nuncupata, ad honorem Angelicæ Salutationis inſtituta, cuius Confratres & Conſorores tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ orationem Dominicam quindecim, & Angelicam Salutationem

 cen-

centum & quinquaginta vicibus omnibus tribus diebus eiuſdem hebdomadæ ad honorem eiuſdem B. Virginis Mariæ iuxta ipſius Confraternitatis inſtituta dicere conſueuerunt. Quas quidem orationes, & ſalutationes Roſarium appellant, & extra Ciuitatem Colonienſem in alijs Ciuitatibus & locis, ſint quamplures vtriuſq; ſexus eiuſdem Confraternitatis Confratres & Conſorores.*Nos cupientes, vt ipſi Confratres eo fideliùs, & deuotiùs orationibus prædictis intendant, quo ex hoc dono cęleſtis gratiæ vberiùs cóſpexerint ſe refectos. De omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, volumus, & autoritate Apoſtolica confirmamus, quòd omnes, & ſinguli Confratres vtriuſque ſexus iſtam Confraternitatem prædictã ſeruantes, tam in dicta Ciuitate Colonienſi, quàm etiam alibi vbicumque locorum, nunc & pro tempore exiſtentes verè pœnitentes & confeſſi, qui orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem, modo pręmiſſò dixerint, in ſingulis Natiuitatis, Annunciationis, & Aſſumptionis B. M. Virginis feſtiuitatibus, ſeptem annorum & totidem quadragenarum de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxationem ſibi perpetuis temporibus duraturam habeant, & conſequantur: volumus autem, quòd ſi dictis Confratribus orationem prædictam dicentibus, aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti; Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis,

*Septem annos & totidé quadragenas Indulgẽtiarum diebus hìc deſcriptis Roſarium recitantibus tribuit.

tionis Dominicæ 1478. 3.Kal. Iunij Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Bulla Secunda Sixti Quarti.

SIxtvs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ea quæ ex Fidelium deuotione ad Dei omnipotentis, & glorioſæ Virginis Mariæ laudem & gloriam præordinata ſunt, vt firma permaneant noſtræ approbationis robore ſolidamus, ac fideles ipſos ad deuotionis opera exercenda Indulgentijs, & remiſſionibus libenter inuitamus, vt exindè reddantur Diuinæ gratię aptiores: maximè cum Catholicorum Principum id expoſcit deuotio, & hoc conſpicimus in Domino ſalubriter expedire * ſanè pro parte dilecti Filij Nobilis Viri Franciſci Ducis, & dilectæ in Chriſto Filiæ nobilis Mulieris Margaritæ eius Conthoralis Duciſſæ Britannię; Nobis fuit nuper propoſitū quod in Ducatu Britanniæ, & pluribus alijs locis, creſcente fidelium deuotione ab aliquo tempore citra innouatus eſt certus modus ſiue ritus orandi pius & deuotus, qui etiam antiquis temporibus à Chriſti fidelibus in diuerſis mundi partibus obſeruabatur, videlicet, quòd quilibet volens eo modo orare, dicit qualibet die ad honorem Dei, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & contra imminentia mundi pericula toties Angelicam Salutationem Aue Maria, quot ſunt Pſalmi in Pſalterio Dauidico, videlicet centies quinquagies ſingulis decem Salutationibus huiuſmodi orationem Dominicam ſemel præponendo. Et iſte ritus ſiue modus orandi, Pſalterium Virginis Mariæ vulgariter nūcupatur. * Vndè Dux & Duciſſa præfati propter ſingularem & ſinceram quam ad ipſam Beatam Virginem Mariam gerunt deuotionem, cupiunt ritum ſiue modum orandi prędictum ad obſtruendum ora aliquorum

Orādi modus qui Roſarium B. V. appellatur: in Ducatu Britanniæ innouatur.

Dux & Duciſſa à Pontifice approbationē petunt.

 rum

rum detrahentium per ſedem Apoſtolicam approbari; quare pro parte Ducis, Duciſſæ, & aliorum fidelium plurimorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs ritum, ſiue modum orandi huiuſmodi approbare, aliàſque ſuper præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. *Nos igitur tam Ducis, & Duciſſę, quàm aliorum fidelium piam deuotionem in Chriſto habentium commendantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præfatum Pſalterium, ſiue modum orandi prædictum autoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, illumq; tolerandum forè, ac cunctis fidelibus eo modo orare debere, & licere decernimus. Et vt omnes & ſinguli Chriſti fideles ad deuotionis opera, & prædicto modo orandum eo feruentius inducantur, quo exindè animarũ ſuarum faciliùs ſalutem cõſequi ſperauerint, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præfato modo orare volentibus, vbilibet exiſtentibus, præſentibus & futuris, pro qualibet vice qua (ſicut præmittitur) orauerint, pro qualibet quinquagena pręfati Pſalterij, quinque annos & totidem quadragenas Indulgentię, miſericorditer in Domino relaxamus; præſẽtibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Et quia difficile foret pręſentes litteras ad ſingula loca, in quibus illis opus eſſet &c. Volumus &c. quod tranſumpto earum manu duorũ Notariorum alicuius Eccleſiaſticæ Curiæ ſubſcripto, & ſigillo alicuius Pręlati, ſeu in dignitate Eccleſiaſtica &c. Fides detur in omnibus & per omnia &c. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, declarationis, & relaxationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum

*Hic Põtif. approbat Pſalteriũ & Indulgẽtias concedit.

Petri

Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1479. 4. Idus Maij Pontificatus noſtri anno 8.

Bulla Innocentij VIII.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Splendor paternæ gloriæ, qui ſuum Mundum illuminat ſua ineffabili claritate, & abſcondita producit in lucem, per pia vota, ſeu deuotiones fidelium, & de ſua clementiſſima maieſtate ſperantium tunc præcipuè benigno fauore proſequitur, cum deuotionem ipſius humilitas Sanctorum & Sanctarum, præcipuéque precibus Virginis Mariæ & meritis adiuuantur, quia matrem ante Filium habemus oſtendentem pectus & vbera, Filium ante Patrem oſtendentem latus & vulnera; Filius non denegabit Matri intercedenti, nec Pater Filio interpellanti. Igitur ſi Regina Angelorũ interpellat aſſiduè pro nobis apud Cęleſtis Curiæ Regem, eo feruentiùs ipſam ſalutare decet, vt apud eum quem genuit, ac Sacris ſuis vberibus lactauit intercedat, vt tandem per eius merita in æterna Cœlorum Regna conſcribi mereamur, & Confratres eiuſdem Filij eſſe dicamur. * Nos igitur cupientes de deuotiſſima Confraternitate de Roſario, ſeu Cappelletto nuncupata, & à Prædeceſſore noſtro Sixto Papa IV. in inclyto Ordine Prædicatorum inſtituta, & confirmata, quam etiam autoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, * & vt Chriſti fideles vtriuſque ſexus fidelium, eo libentiùs deuotionis cauſa ad illam deuotiſſimam Confraternitatem de Roſario confluant, eſſe Confratres & Conſorores effici ac ſcribi concupiſcant,

Cauſa huius Conceſſionis.

* Cõfraternitatem approbat, & confirmat.

* Sexaginta millia annorũ, & totidẽ quadragenas Indulgentiarum largitur.

ſcant, quo ex hoc vberiùs cæleſtis gratiæ dono conſpexerint ſe fore refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, de B. Virginis Mariæ meritis & interceſſionibus, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus Confratribus & Consororibus conſcriptis verè pœnitentibus & confeſſis Roſarium quinquagenarium dicẽtibus, toties quoties id dixerint, ſexaginta millia annorum, & totidem quadragenas Indulgentiarum de iniunctis ſibi pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus, perpetuis futuris temporibus duraturis. * Nos denuò cupientes, vt ipſi Confratres & Consorores ſeduliùs Roſarium prædictum ob Virginis Mariæ reuerentiam deferant, & in fine cuiuslibet Angelicæ Salutationis nomen Iesvs nominent quo ex hoc dono cæleſtis gratię vberiùs conſpexerint ſe fore refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, volumus, & autoritate Apoſtolica ordinamus, & concedimus omnibus & ſingulis Confratribus & Consororibus conſcriptis verè pœnitentibus, nunc & pro tempore exiſtentibus Roſarium deferentibus, centum annos, & totidem quadragenas Indultiarum de iniunctis ſibi pœnitentijs miſericorditer in Domino indulgemus; * atque etiam, ſi prædicti Confratres nomen Iesvs in fine cuiuslibet Angelicę Salutationis nominauerint quinque annos, & totidẽ quadragenas ſimiliter concedimus, pręſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę ordinationis, conceſſionis, approbationis, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud

Roſarium deferentibus cẽtum annos & totidem quadragenas tribuit Indulgẽtiarum.

Nomẽ IESVS nominantibus 5. annos & totidẽ quadragenas Indulgentiarum cõcedit.

S. Pe-

S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1488. quarto Kal. Martij Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Bulla Alexandri VI.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. *Illius qui perfecta charitas eſt*, & à quo omnia chariſmatum dona procedunt, vices licet immeriti gerentes in Terris, Confraternitates, & alia pia in quibus charitatis opera exercentur, ſpecialium gratiarum libenter muneribus confouemus, & fideles quoslibet ad exhibendum Altiſſimo, & eius Matri opportuna ſuffragia, quæ ad Salutem neceſſaria exiſtunt, frequenter inuitamus, vt exindè reddantur Diuinæ gratiæ aptiores, & charitatis deuotio peramplius in dies augeatur in eis: * ſanè pro parte celeberrimi Sacræ paginę Profeſſoris Magiſtri Ioachim Turriani de Venetijs Ordin. Prædicatorum Generalis Magiſtri nobis fuit humiliter ſupplicatum, quòd cum Fratres ſui Ordinis ſint pauperes mendicantes volunt penuriam pati, & alijs ob Virginis Mariæ reuerentiam abundare, & cunctam Plebem Chriſtianam in oratione Dominica, & ſalutatione Angelica erudire, vt tandem Chriſti fideles ſibi theſauros in Cælis theſaurizent, quodque minimè poſſent, niſi ipſa Regina Cælorum, Maris Stella, peccatorum aduocata, ſit adiutrix & apud filium quem genuit oratrix; quoniam equidem Diuino ſpiramine ordinata eſt quædam ſalubris & deuota Confraternitas ad honorem Angelicę Salutationis inſtituta de Roſario, ſeu Cappelletto nuncupata, in Conuentu Fratrum Prædicatorum Colonienſi, & alibi in toto Ordine, quę non ſolùm viuos recipit, ſed etiam defunctos Confratres & Conſorores, & per ipſius Virginis Mariæ merita, & S. Dominici, cuius Confraternitatis Roſarij olim Prædicatoris eximij interceſſio-

* Cauſa huius Conceſsionis.

ceſſione tota mundi machina extitit præſeruata; Quarè cupit hanc Confraternitatem per Sedem Apoſtolicā approbari, & confirmari. * Quapropter veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes Indulgentias, libertates de hac deuotiſſima Confraternitate conceſſas, aut alia Priuilegia, ſeu Indulta à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conceſſa, vobis & Ordini veſtro approbamus, & confirmamus, * ac etiam de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, & vt ex eo Confratres & Conſorores dono cæleſtis gratiæ vberiùs conſpexerint ſe fore refectos, omnes Indulgentias à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conceſſas autoritate Apoſtolica tenore præſentium duplicamus, perpetuis futuris temporibus duraturis. * Volumus autem, & autoritate Apoſtolica ordinamus, dictis Confratribus & Conſororibus conſcriptis, Orationem, & Salutationem prædictas dicentibus, aliquod aliud Priuilegium viuis pariter & defunctis in perpetuum duraturum per nos conceſſum, videlicet, quòd ſi dicti Cōfratres iſtam Cunfraternitatem prædictam obſeruare non valentes annuatim dicant, aut dicere faciant vnam Miſſam, vt tandem participent, & communicent ad inuicem in bonis Spiritualibus ab eiſdē Confratribus & Conſororibus dicturis & facturis ſimiliter & in noſtris, totiuſque militantis Eccleſiæ, in quibus volumus eos fieri participes. * Verùm, vt Chriſti fideles B. Virginis Mariæ Confratres & Conſorores effici concupiſcant, volumus, & autoritate Apoſtolica decernimus, quòd omnes & ſinguli Confratres & Conſorores animabus ſuorum Parentum, vel aliorum Defunctorum in Purgatorio exiſtentium ſuccurrere volentes, ſingulariter nomina ſuorum Parentum, vel aliorum Defunctorum in Purgatorio exi-

ſtentium

* Indulgentiarum confirmatio.

Indulgentiarū duplicatio.

* Miſſam dicentibus, aut facere dicētibus, bonorum Spiritualium totius militātis Eccleſiæ participes facit.

* Exiſtentibus Animabus in Purgatorio, ſcriptis in Cō. fraternitate, pœnam relaxat &c.

ſtentium; exarent, vel exarare faciant, ſi verò pro ſingulari anima interuentione deuota manus porrexerint ad [illegible] iuxta eorum poſſe, & facultatem. Tandem pœnam, quam in Purgatorio pati debuerint, autoritate Dei, qua vtimur in terris, de qua magis, ac magis confidimus in cælis, autoritate plenaria totius militantis Eccleſię eis bona ipſius communicando, ac merita Paſſionis Chriſti, ac Virginis Mariæ intercesſionibus, per modum ſuffragii miſericorditer in Domino relaxamus, pariter & admittimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, approbationis, confirmationis, conceſſionis, relaxationis, voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę 1494. Idibus Iunij, Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla Iulij II.

IVLIVS Epiſcop. ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis in Domino Filijs, Prioribus, Patribus, & Fratribus cuiuſcũq; gradus Prędicatorũ Ordinis, & Voti, ſalutẽ & æternorũ affluentiã gaudiorum. Ineffabiliaglorioſæ V. Mariæ meritorũ inſignia, deuotione, cõſideratione indagine perſcrutãtes, & intra mentis noſtræ arcana reuoluentes, quòd ipſa caſtiſſimo eius vtero prout noſter ſtatus exigebat neceſſitatis; humanę ſalutis Autorem protulit, & apud eum quem maternis lactauit vberibus ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione preces effundit. Dignũ quin etiam potiùs debitum reputamus, vt in honorem ſui nominis ordinationem Confraternitatum de Roſario vulgariter nuncupatarum

rum quæ ſola bonorum Spiritualium commicatione à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris approbationes, confirmationes, gratias, remiſſiones proſequamur impendijs, Indulgentijs, & muneribus decoremus, vt exindè Diuinæ gratiæ reddantur aptiores. Cum igitur à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor ęquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem Officij noſtri perducatur ad effectū. * Quapropter dilectis in Domino filijs veſtris, iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu: omnes libertates, immunitates, & Indulgentias à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue Priuilegia, aut alia Indulta Conuentui veſtro Colonienſi, & Ordini de Confraternitate B. V. Marię de Roſario nuncupata, quæ perſtitit primitus in prædicto Conuentu Colonienſi, ac etiam alibi in toto Ordine cōceſſa, autoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, approbationis, confirmationis, conceſſionis, & voluntatis infringere &c. Si quis &c. Dat. Romę apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo tertio pridiè Idus Maij, Pontificatus noſtri anno primo &c.

* Indulgentiarum, Priuilegiorum, immunitatum, ac Indultorum confirmatio.

Bulla Leonis X.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei. Ad perpetuā rei memoriam. *Paſtoris æterni*, qui vt humanum genus redimeret, in Ara Crucis immolari non abnuit, vices licet immeriti gerentes in Terris, id ſuper reliqua cordis noſtri vota potiſſimum optamus, vt cunctos fideles quos pretioſiſſimi ſanguinis ſui aſperſione, Deo Patri reconciliari curauit, quorumque regimen & gubernationem nobis commiſit, ad ſalubria

pieta-

pietatis opera, & præcipuè ipſius Paſtoris, eiuſque Beatiſſimæ ac ſemper Virginis intemeratæ Genitricis apud ipſum pro nobis aduocatę: cultum, & deuotionis affectũ, quibus in immarceſcibiles in Cælis theſauros recondere, & cæleſtis Patrię Ciues effici poſſint, frequenter inuitemus. Et his quæ propterea prouidè conceſſa fuiſſe percepimus, vt firma perpetuò, & illibata perſiſtant. Cũ à nobis præſertim per Seculares Principes, & alias perſonas nobis & Apoſtolicę Sedi gratas & deuotas humiliter petitur, noſtrę approbationis & innouationis libenter adijcimus firmitatẽ, prout in Dño conſpicimus ſalubriter expedire. * Sanè pro parte dilectorum Filiorum Priorum & Fratrũ domus Prædicatorum Colonienſium nuper exhibita petitio continebat, quòd olim, prout in hiſtorijs legitur, à *S. Dominico* quædam Confraternitas vtriuſque ſexus fidelium de Roſario, eiuſdem B. Mariæ Virginis nuncupata, ad honorem Angelicæ ſalutationis inſtituta, & in diuerſis mundi partibus prædicata fuit, & ſequentibus ſignis: ſed cum ipſa Confraternitas decurſu temporis ferè neglecta fuiſſet, & in obliuionem tranſiuiſſet, ac anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, Ciuitas & Diœceſis Colonienſis grauibus bellis prętmeretur, eadem Confraternitas, ad laudem & honorem præfatę Virginis, vt Ciuitas & Diœceſis prædicta meritis & interceſſionibus eiuſdem Virginis ab eis bellis liberaretur, in Eccleſia dictæ Domus innouata & de nouo inſtituta fuit cũ certo modo orandi, videlicet, quòd Cõfratres & Sorores eiuſdẽ Cõfraternitatis tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ ad honorem Dei, & præfatæ Virginis, ac cõtra imminentia Mundi pericula legerent coniunctim, vel diuiſim toties Angelicam ſalutationem, quot ſunt Pſalmi in Pſalterio Dauidico, ſingulis decem ſalutationibus huiuſmodi orationem Dominicam ſemel

Cõfraternitas S. Roſarij à S. Dominico inſtituta, Coloniæ innouatur.

præponendo, vt modum orandi huiuſmodi Pſalteriū ſiue Roſarium eiuſdem B. Virginis vulgariter appellatum. * Quam quidem Confraternitatem in dicta Eccleſia de nouo inſtitutam poſtmodum bo. me. Alexander Epiſc. Foroliuienſis tunc Apoſtolicæ Sedis cum poteſtate Legati de latere per totam Germaniā Nuncius ſingulari deuotione permotus, & ſe in eadem Confraternitate recipi atque conſcribi volens & petens, ad preces claræ memoriæ Federici III. Romani Imperatoris autoritate Apoſtolica approbauit, confirmauit, & ratificauit, * ac omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus fidelibus dictæ Confraternitatis Confratribus & Conſororibus in ſingulis quinque ipſius Beatiſſimæ Mariæ Virginis præcipuis feſtiuitatibus, ſcilicet, Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, Purificationis, centum. Et quoties per ſe, vel per alium dictum Roſarium legerent, vel legi facerent, ſeu Sabbathis, & feſtiuis diebus decantationi Salue Regina, quæ poſt Completorium in dicta Eccleſia eiuſdem Beatiſſimæ Virginis, vbi dicta Confraternitas inſtituta extitit, & quam ipſe Nuncius anteà conſecrauerat, cantabatur, intereſſent 40. dies Indulgentiarum conceſſit. * Et poſt verò fel. rec. Sixtus Papa IV. Prædeceſſor noſter, accepto per eum quòd Confraternitas huiuſmodi in dicta Eccleſia ſic de nouo inſtituta fuerat: Voluit & ordinauit, quòd omnes & ſinguli Confratres vtriuſque ſexus, Confraternitatem prædictam ſeruantes, tam in dicta Ciuitate Colonienſi, quàm & alibi vbicumque locorum, tunc & pro tempore exiſtentes, verè pœnitentes & confeſſi, qui orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam prædictā, modo præmiſſo dicerent, in ſingulis Natiuitatis, Annunciationis, Aſſumptionis eiuſdem B. Virginis Mariæ feſtiuitatibus Indulgentiam ſeptem annorum, & totidem quadragenarum conſequerentur.

* Ratificatio Cardinalis Legati à latere per Germaniā

Indulgentiarū conceſſio Cōfratribus.

Earūdē ad omnia alia loca per Sixtum IV extenſio.

tur. * Et deindè ſupplicationibus tunc Ducis, & Duciſſæ Britanniæ inclinatus, præfatum Pſalterium ſeu modum orandi eadem autoritate approbauit; illumque tolerandum fore, ac cunctis fidelibus eo modo orare licere decreuit & declarauit, ac vt omnes & ſinguli Chriſti fideles ad deuotionis opera, ad dictum modum orandi, & frequentiùs inducerentur: vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus modo prædicto orare volentibus vbilibet, ac tunc & pro tempore exiſtentibus, pro qualibet vice qua ſic (vt præmittitur) orarent, pro qualibet quinquagena præfati Pſalterij quinque annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs in Domino relaxauit, prout in ipſis Sixti Prædeceſſoris litteris deſuper cōfectis, quas perpetuò durare voluit, pleniùs continetur. * Et ſucceſſiuè piæ memoriæ Innocētius Pp. VIII. & Prædeceſſor noſter. Cum anno Domini 1483. 13. die menſis Octobris, quidam Bartholomæus de Comatijs de Bononia tunc dicti Ord. Generalis Magiſter cum eiuſdem Ordinis Prouincialibus Capitulum Generale in Alma Vrbe celebraret; Bartholomæi Generalis viuæ vocis oraculo, omnibus qui tunc erant, & in futurum eſsēt de dicta Confraternitate, & per hebdomadam dicerent Pſalterium B. Mariæ Virginis huiuſmodi, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo: Ac etiam receptis per litteras ad beneficia dicti Ordinis, nō ad quæſtum, ſed deuotionis cauſa conceſſit, de qua conceſſione per litteras teſtimoniales ipſius Bartholomæi ſui ſecreti ſigilli, ſeu ſignati vſualis impreſſione munitas conſtat; * & inſuper fel. mem. Raymundus Titul. S. Mariæ Nouæ Presb. Card. tunc per Germaniam dictæ Sedis Legatus, eiſdem Confratribus & Conſororibus pro quolibet Roſario centum dies Indulgentiarum perpetuò, & ſimiliter plures, ac diuerſi locorum Ordi-

* Orandi modo præfato approbatio. Indulgentiarum ſic orantibus largitio.

* Ab Innoc. 8. aliarū Indulgentiarum cōceſſio.

Aliarū Indulgentiarum. Card. Legat & aliorum Ordinariorum per Germaniam conceſſio.

Ordinarij, ſinguli indulgentiam 50. dierum conceſſerunt, prout etiam in Raymundi Cardinalis Legati, necnon Alexandri Epiſcopi, & Nuncij, & Ordinariorum huiuſmodi ſingulis deſuper confectis litteris dicitur plenius contineri. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiūgebat, dilectus Filius nobilis vir Ioannes Dux, & dilectæ nobis in Chriſto Filiæ nobiles mulieres, Maria ipſius Ioannis Ducis Conthoralis, ipſius Duciſſæ Iuliacenſis & Montenſis, ac Sibilla Marchioniſſa Brandeburgenſis dictæ Marię Duciſſæ Genitrix; necnon dilectus etiam filius magiſter Ioannes in Geuulzel Præpoſitus Eccleſiæ S. Victoris Xant Coloniēſis Diœceſis, litterarum Apoſtolicarum maioris pręſidentię Abbreuiator, necnon Notarius, Scriptor, & Familiaris, continuus commenſalis noſter ob ſingularem, & ſinceram, quam ad ipſam intemeratam Virginem ferunt deuotionem: ac dicti Prior, & Cōfratres cupiant omnia & ſingula præmiſſa etiam per nos approbari, cōfirmari, & innouari.* Quarè pro parte tam Ioannis Ducis, & Mariæ Duciſſæ, ac Sibillæ Marchioniſſæ, necnon Ioannis Præpoſiti, quàm Prioris, & Fratrum Prædicatorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt præmiſſa omnia & ſingula pro illorum ſubſiſtentia firmiori approbare, confirmare, & innouare, aliàſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.* Nos igitur pijs votis eis in hac parte paternè annuentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati autoritate Apoſtolica tenore præſentium Confraternitatem, ac ritum, ſiue modum orandi huiuſmodi, necnon omnes & ſingulas Indulgentias, tam per Sixtum, & Innocentium Prædeceſſores, quàm Legatum, Nuncium, & Ordinarios, vt præfertur cōceſſas, & deſuper confectas litteras, ac omnia & ſingula in eis contenta approbamus, confirmamus, & iunnouamus, ipſaſque Indulgentias de no-

Hic Pontif. de prædictorum confirmatione requiſitus.

Omnia confirmat.

uo perpetuo concedimus, * & vt Ioannes Dux, & Mariæ Duciſſa, & Sybilla Marchioniſſa, ac Ioannes Præpoſitus, necnon Prior & Fratres præfati, necnon omnes & ſinguli alij Chriſti fideles ad ea deuotionis opera, & prædictum modum, ſiue orandi ritum, eò frequentiùs inducantur, quò exindè faciliùs animarum ſuarum ſalutem conſequi ſperauerint; de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, Ioanni Duci, Mariæ Duciſſæ, Sybillæ Marchioniſſæ, Ioanni Præpoſito, Priori, ac Fratribus Prædicatoribus & eorum ſingulis, ac vniuerſis & ſingulis, alijſque vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus dictæ Confraternitatis Confratribus & Conſororibus vbilibet exiſtentibus, tam præſentibus, quàm futuris verè pœnitentibus & confeſſis, ſeu confitendi propoſitum habentibus, qui ter in hebdomada dictum Roſarium deuotè orauerint, vt piè fertur, pro qualibet vice, alios decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus: * Ac quòd omnes prædicti eorum & ſinguli in Paſcha Reſurrectionis, & feſtiuitatibus prædictis, ac tribus diebus ſingulis feſtiuitatum earumdem præcedentibus, cuicumq; Presbytero Domus Ordinis Prædicatorum Fratrum Profeſſorum, per eorum ſingulos pro tempore eligendo, peccata ſua confiteri valeant, ipſeque Presbyter eorum confeſſionibus diligenter auditis, ipſos & eorum ſingulos, ab omnibus & ſingulis excommunicationibus, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, & promulgatis, necnon ſacrilegijs incæſtibus, adulterijs, pœnitentiarum iniunctarum, & Diuinorum officiorum, & ieiuniorum omiſſionibus, alijſque eorum peccatis, criminibus exceſſibus, delictis, & quantumcumq; grauibus, & enormibus, in ſingulis,

* Indulgentias auget.

Cõfratres abſolui poſſe à Caſibus reſeruatis à Cõfeſſore Ordin. S. Dominici intellige iuxta Bull. Clem 8. nu. 115.

gulis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis Caſibus (contentis in Bulla ſingulis Annis in die Cœnę Domini legi conſueta dumtaxat exceptis) abſoluere, & eis pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac iuramenta quæcumque ſine alicuius præiudicio relaxare, & vota quæcumque (vltra marinis, viſitationis liminum Beatorum Petri & Pauli præfatorum, ac S. Iacobi in Compoſtella, necnon Religionis, & caſtitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare liberè poſſit, Ordinarij, & Archidiaconi loci, ac Rectorum Parochialium, & cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita, * quodque pro receptione, & conſcriptione aliquorum Confratrum ſiue Conſororum in dicta Confraternitate nihil omninò temporale exigi debeat, ſed ſpontè oblata dumtaxat recipi poſſint, perpetuò ſtatuimus & ordinamus, præſentibus.* Quas, illarumque effectum, & in eis contenta, ſub cuiuſuis ſimilium vel diſſimilium Indulgētiarum, facultatū, conceſſionū, & gratiarum reuocationibus, ſuſpēſionibus, vel modificationibus, etiā pro Anno Iubilei, & in fauorē Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtol. de Vrbe, ſeu expeditionis contra infideles, vel aliàs quacūq; de cauſa per Nos, & Sedē prędictam, nunc & pro tempore factis, nullatenùs comprehendi, ſed illis non obſtantibus dictis Chriſti fidelibus omnes ſuffragari, ipſoſque illis gaudere, ſeu vti debere decernimus, perpetuis futuris temporibus duraturis, non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcumque. Cæterum quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quęcumque loca, in quibus expediens foret, deferri, volumus, & autoritate prędicta etiam decernimus, quòd earumdem præſentium litterarum tranſumptis manu vnius, vel plurium Notariorū publicorum ſubſcriptione, & ſigillo

Confraternitatem ingredientes nihil ſoluere debent.

Clauſula præſeruatiua.

aliculus Prælati,ſeu Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica munitis, plena ac tanta fides adhibeatur, & adhiberi poſſit, & debeat in omnibus & per omnia, ſicut ipſis originalibus ſi eſſent in medium exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, conceſſionis, & inhibitionis confringere,aut ei auſu temerario contraire, ſi quis hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius,ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1520. Pridiè nonas Octobris Pontificatus noſtri anno octauo.

FRanciſcus de Claromonte Tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte miſeratione Diuina Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis & Archiepiſcopus Auxitanus vulgariter nuncupatus. Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Etſi glorioſos Cæleſtis Curiæ Conciues & Sanctos, imò & Eccleſias & Sacra loca, ſeu Fraternitates laudabiles ad propriorum laudem & honorem inſtitutas,maximo non immeritò deuotionis feruore venerari debêamus; vtpotè qui eorum pijs patrocinijs & auxilijs plurimum indigemus, ſingulariſſimo tamen glorioſam Dei Matrem Virginem Mariam omni laude digniſſimam,quam eius Filius nihil ei negãs honorat,eiuſdem Fraternitatem vel loca ſummo ſtudio,ſumma affectione, atque ſumma diligentia inceſſanter amplecti, venerariq; tenemur: ſine ea ſiquidẽ (teſte deuoto Bernardo)nihil poſſumus,ſine ea miſeri ſumus,ſine ea factũ eſt nihil;* vt igitur eiuſdẽ Beatiſs. Virginis laudabilis Fraternitas de Roſario nũcupata,in ſola liberali bonorum operum Communicatione per

*Cõfraternitas Sanctiſs. Roſarij per Sanctum Dominicum prædicata, poſtea renouata,à Cardinali de Claromonte confirmatur, ac ratificatur,

Fratres Ordinis Prędicatorum in Ciuitate Bitterrenſi nuper certis ſub limitibus, & alijs mundi partibus & locis, ad maximam huius Virginis laudem & gloriam & multorum ædificationem inſtituta, imò potiùs renouata, quia per Beatiſſimum illius Ordinis primum Patrem Dominicum legitur prędicata, licet ad tempus neglecta, fuerit obliuioni tradita, firmior & ſecurior habeatur, necnon & in dies augeatur, eòque libentiùs Chriſti fideles huius Virginis Confratres effici concupiſcant, quòd in præfata Fraternitate dono cæleſtis gratiæ vberiùs conſpexerint ſe eſſe refectos: moti ex ſingulari ad eam deuotione in qua recipi atque inſcribi volumus atque petimus, pijs ſupplicationibus Patris Fratris Antonij Cironis in Sacra Theologia præſentati, ſuper hæc inclinati, præfatam Fraternitatem autoritate Apoſtolica nobis cōceſſa approbamus, cōfirmamus & ratificamus.* De omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus dictæ Confraternitatis Confratribus & Conſororibus, centum dies Indulgentiarum, quotieſcumque per ſe vel per alium, Roſarium B. V. quod quinquaginta Aue Maria cū quinque Pater noſter continet, continuè legunt, legerint, vel legi fecerint; inſuper dicto Fratri Antonio Cironis præfatum Roſarium Beatiſſimæ Virginis prædicante omnibus Chriſti fidelibus eius ſermonem audientibus, centum dies pro qualibet vice de iniunctis Pœnitētijs miſericorditer in Domino relaxamus præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras noſtras ſcribi, & per Secretarium noſtrum inſcribi, ſigillique maioris & oblongi iuſſimus & fecimus appēſione muniri. Dat. in Villa-noua die nona Aprilis, anno Domini milleſimo quingēteſimo decimo quarto &c.

* Indulgentias concedit.

Bul-

Bulla Adriani VI.

ADRIANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Illius, qui Dominicum gregem à perpetua morte ſuo precioſiſſimo sãguine redimere dignatus eſt; vices licet immeriti gerẽtes in terris, vt gregẽ ipſum Altiſſimo acceptabilẽ, & bonorum operum ſectatorẽ reddere valeamus, more boni Paſtoris ſuper gregem ſuum continuò vigilantis curis aſſiduis perurgemur, vt Eccleſias ſingulas (præſertim in quibus ipſi Altiſſimo, per religioſas & alias perſonas iugiter famulatur, viſitantes) remiſſionum impendijs decoremus. * Dudũ ſiquidem cupientes, vt Altare (Capella de Roſario) nuncupatum ſub inuocatione Virginis Mariæ, ſitum in Eccleſia S. Dominici Oppidi de Victoria, Ord. Fr. Prædicatorum Regularis Obſeruantiæ Calagurritanæ Diœceſis (ad quod venerabilis Confraternitas vtriuſq; ſexus Chriſti fidelium ſub dicta inuocatione inſtituta exiſtebat, & dilecti Filij Garſia de Loaiſa Ordinis Fratrũ Prædicatorum, cuius Magiſter Generalis, & Confratres dictæ Cõfraternitatis ſingularẽ gerebant deuotionis affectum) peramplius venerarentur; ac Confratres prædicti cò libentiùs deuotionis cauſa ad Altare huiuſmodi confluerent, & inibi Roſarium ſiuè Pſalterium ipſius Virginis deuotè dicerent, & recitarent per alias noſtras in forma Breuis litteras perpetuis futuriſq; tẽporibus duraturas, quas dũ in Regnis Hiſpaniarũ in Ciuitate Cæſarauguſtę reſideremus expediri fecimus.

* Cauſa huius conceſsionis.

Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus prædictis, præſentibus & futuris; qui in Capella prædicta ſingulis diebus, vnam quinquagenam Roſarij ſiue Pſalterij nũcupatam recitaſſent, pro qualibet die, qua id feciſſent quinquaginta annos de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus.

Indulgentiam 50. annorum Roſarium recitantibus cõcedit.

*Cereum, benedictione Roſarij benedictum manu tenẽtibus, Indulgentiam plenariam in mortis articulo largitur.

Volentes quòd Confratres præfati, qui cum cereo benedicto dictæ Confraternitatis, illum in honorem Virginis Mariæ in manibus tenendo ab hac luce migraſſent ante horã obitus dictũ Roſariũ ſiue Pſalterium ſemel tantum recitaſſent, remiſſionem, & Indulgentiam omnium peccatorum ſuorum in mortis articulo conſequerentur, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Dominici de Monte-maior moderni Prioris, ac Fratrum dictæ Domus, petitio continebat, Capella, vbi dictum Altare eſt conſtitutum, adeò anguſta exiſtat, quòd propter illius anguſtiam, & incapacitatem Confratres ad illam pro dicendo Pſalterio huiuſmodi confluentes, commodè ſimul ſe recipere non poſſint, & propterea frequenter contingat, quòd plures ex dictis Confratribus prædictum Pſalterium in dicta Capella recitare negligunt: Pro parte Prioris, & Fratrum Prædicatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt animarum ſaluti dictorum Cõfratrum conſulere, aliàsq; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

*Indulgentia prima, ad quãcumque partẽ Eccleſiæ extenditur.

Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati autoritate Apoſtolica tenore pręſentium eiſdẽ Confratribus, nunc & pro tempore exiſtentibus, quòd recitando, ſeu dicendo prædictum Roſarium ſeu Pſalterium extra dictã Capellam, in quacumq; parte ipſius Eccleſiæ, ex qua huiuſmodi Altare conſpici poſſit, etiam prædictam Indulgentiam quinquaginta annorum conſequantur: In omnibus & per omnia perindè ac ſi Roſarium, ſeu Pſalterium huiuſmodi intra prędictam Capellam recitaſſent. * Quodq; Prior pro tempore exiſtens, & Fratres Domus huiuſmodi, ſeu ab eis deputandi, Chriſti fideles extra dictũ Oppidum habitãtes ad dictã Cõfraternitatem ingredi volentes

* Prior pro tẽpore, & Fratres, ſeu ab eis deputãdi, Cõfratres recipere poſsint.

in illius Confratres, etiam abſque conſenſu aliorum Confratrū Confraternitatis huiuſmodi recipere poſſint, indulgemus, necnon prædictas noſtras litteras ad hoc, vt Confratres prædicti etiā extra dictum Oppidum habitantes, qui in dicta Capella vnicam quinquagenam Roſarij ſeu Pſalterij huiuſmodi deuotè recitauerint, pro qualibet vice qua id fecerint quinquaginta annos. Ipſique Confratres in dicto Oppido, & extra illud habitantes, qui cereum benedictum Confraternitatis huiuſmodi in honorem eiuſdē Virginis Mariæ in manibus tenentes, ab hac luce migrauerint ſi ante eorum obitum, Roſarium ſeu Pſalteriū huiuſmodi ſemel dumtaxat recitauerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem & Indulgentiam conſequantur, extēdimus & ampliamus. Decernentes præſentes litteras ſub quibuſuis reuocationibus Indulgentiarum, etiam in fauorem Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe per nos, & Sedē Apoſtolicam factis, & conceſſis, minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas fuiſſe, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtri Indulti extenſionis, ampliationis, & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1523. Kal: Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

Tres

PRIMA.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam conſiderantes noſtræ mortalitatis fragilitatem, & humani generis conditionem, ac diſtricti ſeueritatem Iudicij, piè cupimus fideles quoslibet Iudicium ipſum pijs, ac bonis operibus præuenire, & eorum peccamina abolere, vt iuxta eorum ſpem æterna felicitate fruantur, & ea quæ propterea per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, & autoritate Apoſtolica Sedis prouidè conceſſa dicuntur, cum à nobis petitur ad alias vberiores gratias extendimus & ampliamus, prout id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire: * Dudum ſiquidem poſtquam fel. rec. Adrianus Papa VI. prædeceſſor noſter cupiens, vt ad Altare in Capella *del Roſario* nuncupata B. Mariæ Virginis ſitum in Eccleſia Domus Sancti Dominici Oppidi de Victoria Ordinis Fratrum Prędicatorum Regularis Obſeruantiæ Calaguritanēſis Diœceſis, ad quod Venerab. Cōfraternitas vtriuſque ſexus Chriſti fideliū ſub inuocatione eiuſdē Virginis inſtituta exiſtebat, & dilecti filij dictæ Confraternitatis ſingularem gerebāt deuotionis affectum per amplius veneraretur, ac Confratres ipſi eò libentiùs ad Altare huiuſmodi confluerent, & inibi Roſarium ſeu Pſalterium ipſius Virginis deuotè dicerēt, & recitarent, per quaſdam in forma Breuis litteras perpetuis futuris temporibus duraturas omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus prædictis, quī tunc erant, & forent in futurum, qui in Capella prædicta ſingulis diebus vnam quinquagenam, Roſarium ſeu Pſalterium nuncupatam, pro qualibet die, qua id feciſſent. Quinquaginta annos de iniunctis eis pœniten-

* Refert Indulgentias ab Adriano VI. conceſſas.

mitentijs miſericordi ter in Domino relaxauerat. Volens, quòd Confratres prædicti, qui cum cereo benedicto dictæ Confraternitatis in honorē eiuſdem Virginis in manibus tenentes ab hac luce migraſſent, & ante horam eorū obitus dictū Roſariū ſeu Pſalterium ſemel tantum recitaſſent, remiſſionem & Indulgentiā omnium peccatorum in mortis articulo conſequerentur, eidemque Prædeceſſori pro parte dilectorum filiorum Dominici de Monte-mayor Prioris, & Fratrū dictæ Domus, expoſito, quod dicta Capella adeo anguſta exiſtebat, quod propter illius anguſtiam, & incapacitatem, dicti Confratres pro dicendo Pſalterio prædicto ad illam confluentes commodè ſe inibi recipere non poterant, & propterea frequenter contingebat, quòd plures ex dictis Cōfratribus prædictum Pſalterium in dicta Capella recitare negligerent. Idē Prædeceſſor, Prioris, & Fratrum prædictorum in ea parte ſupplicationibus inclinatus Apoſtolica autoritate, eiſdem Confratribus, tunc & pro tempore exiſtentibus, quòd recitando ſiue dicendo prædictum Roſarium ſeu Pſalterium etiam extra dictam Capellam in quacumque parte ipſius Eccleſiæ, in qua dictum Altare conſpici poſſet, etiam dictam Indulgentiam 50. annorum conſequerentur in omnibus & per omnia, perindè ac ſi Roſarium ſeu Pſalterium huiuſmodi intra prædictā Capellam recitaſſent. Quodque Prior pro tēpore exiſtens, & Fratres Domus huiuſmodi, ſeu ab eis deputandi, Chriſti fideles extra dictum Oppidum habitantes, & dictam Confraternitatem ingredi volentes, in illius Confratres etiam abſque conſenſu aliorum Confratrum Confraternitatis huiuſmodi recipere poſſent, indulſit. Necnon prædictas in forma Breuis litteras, ad hoc vt Confratres ipſi, etiā extra dictum Oppidum habitantes, qui in dicta Capella vnam quinquagenariam, Roſarium ſiue Pſalte-

rium

rium nuncupatam huiuſmodi deuotè recitauerint, pro qualibet die qua id fecisſent, quinquaginta annos, ipſique Confratres in dicto Oppido, & extra illud habitantes, qui cereum benedictum Confraternitatis huiuſmodi in honorem eiuſdem Virginis in manibus tenentes ab hac luce migraſsent, ſi ante eorum obitum, Roſarium ſeu Pſalterium prædictum ſemel dumtaxat recitaſſent, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem & Indulgentiam conſequerentur, extendit, & ampliauit per alias ſuas ſub plũbo litteras, prout in ſingulis litteris prædictis pleniùs continetur. * Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Prioris, & Fratrum prædictorum petitio continebat, nonnulli dictorũ Confratrum, qui ad dictã Confraternitatem hactenus admiſſi fuerunt, & in poſterum admittentur ſua domicilia extra dictũ Oppidum de Victoria habeant; Et propterea ipſi Confratres non valeant toties quoties vellẽt, ad dictam Eccleſiam cauſa recitandi Pſalterium, & conſequendi Indulgentiam huiuſmodi perſonaliter accedere. Quare pro parte Prioris, & Fratrum eorumdem nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt litteras Adriani Prædeceſſoris huiuſmodi, etiam ad hoc, quòd nunc & pro tempore exiſtentes Confratres Confraternitatis huiuſmodi, qui dictum Pſalterium in aliqua Eccleſia, ſeu Oratorio cuiuſuis loci, in quo eos pro tempore reſidere contigerit deuotè recitantes prædictas Indulgentias conſequantur, extendere, & ampliare, aliàſq; dictorũ Confratrum animarum ſaluti in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. * Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati autoritate Apoſtolica præfata, tenore præſentium litteras Adriani Prædeceſſoris huiuſmodi etiam ad hoc quòd præfati Confratres dictæ Confraternitatis, nunc & pro tempore exiſtentes,

*Cauſa conceſſionis.

*Prædictas Indulgentias extendit & ampliat.

qui dictum Pſalterium in aliqua Eccleſia, ſeu Oratorio cuiuſuis loci, in quo eos pro tempore reſidere contigerit deuotè recitauerint, quoties id fecerint; Indulgentias prædictas conſequantur, quas conſequerentur, ſi in dicta Eccleſia S. Dominici iuxta tenorem conceſſionis Prædeceſſoris huiuſmodi Pſalterium prædictum recitaſſent autoritate Apoſtolica tenore præſentium extendimus & ampliamus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis quæ dictus Prædeceſſor in dictis ſuis literis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extenſionis, & ampliationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1524. Pridie Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla II.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ineffabilia Glorioſæ Virginis Dei Genitricis Mariæ meritorum inſignia deuotæ conſiderationis indagine perſcrutantes, & intra mentis noſtræ arcana, quod ipſa caſtiſſimo eius vtero, prout noſtri ſtatus exigebat neceſſitas humanæ ſalutis protulit Auctorem, & apud eum, quem maternis lactauit vberibus, ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione preces effundit, dignum, quin potius deuotum reputamus, vt Fraternitates ad celebrandas eius laudes inſtitutas, gratioſis proſequamur conceſſionum impendijs, & ſpiritualibus muneribus foueamus.

* Refert Indulgentias ab Adriano VI. conceſſas.

mus.* Dudum ſiquidem poſtquam fel. rec. Adrianus Papa VI. Prædeceſſor noſter omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus Confraternitatis ſub inuocatione B. Mariæ Virginis in Capella de Roſario eiuſdem B. Mariæ, ſita in Eccleſia domus S. Dominici Oppidi de Victoria Ordinis Fratrum Prædicatorum Regularis obſeruantię Calagurritanenſis Diœceſis canonicè inſtitutæ, tunc, & pro tempore exiſtentibus, qui in quacumque parte dictæ Eccleſiæ, ex qua Altare ſitum in dicta Capella conſpici poſſit, ſingulis diebus vnum quinquagenarium Roſarium, ſeù Pſalterium nuncupatum recitarent, pro qualibet die, qua id feciſſent, quinquaginta annos de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxauerat.

Volens, quòd ille ex dictis Confratribus, qui cereum benedictum dictæ Confraternitatis in honorem eiuſdem Virginis in manibus tenens, ab hac luce migraſſet, & ante horam obitus eius, dictum Roſarium, ſeù Pſalterium ſemel tantum recitaſſet, remiſſionem, & indulgentiam omnium peccatorum ſuorum in mortis articulo conſequeretur.

Nobis expoſito, quod Confratres dictæ Confraternitatis extra dictum Oppidum habitantes non valebant, toties quoties volebant ad Eccleſiam prædictam, cauſa recitandi Pſalterium, & conſequendi Indulgentiam huiuſmodi perſonaliter accedere, nos quod Confratres Confraternitatis huiuſmodi tunc, & pro tempore exiſtentes, qui dictum Pſalterium in aliqua Eccleſia, vel Oratorio cuiuſuis loci, in quo eos pro tempore reſidere contigerit deuotè recitarent, quoties id facerent, Indulgentias prædictas conſequerentur, perinde ac ſi in dicta Eccleſia Sancti Dominici prædictum Pſalterium recitaſſent, conceſſimus per noſtras litteras, prout in illis plenius cótine-

tinetur. * Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorũ Prioris moderni, & Fratrum dictæ Domus petitio continebat in ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Confraternitatis, inter alias caueatur expreſsè, quod volentes ad ipſam Confraternitatem admitti, & in ea inſcribi, certam pecuniarum quantitatem nimis exceſſiuam pro admiſſione, ac inſcriptione huiuſmodi perſoluant, & exinde annis ſingulis etiam ad certæ pecuniarum quantitatis ſolutionem teneantur, & quamplurimi Chriſti fideles propter exceſſum pecuniarum in admiſſione ſoluendarum huiuſmodi ab eadem Confraternitate, & illi benefaciendo retrahantur. Et ſi Priori dictæ Domus, pro tempore exiſtenti liceret dictam pecuniarum quantitatem moderare, & ad mediocritatem reducere; ex hoc profectò dictæ Domus commodo, ac vtilitati, & Chriſti fidelium animarum ſaluti non parum conſuleretur, ac pro parte dilectorum Prioris moderni, & Fratrum nobis fuerit humiliter ſupplicatum, vt relaxationem voluntatem, & conceſſionem prædictas approbare, & innouare, aliàſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

* Cauſa confirmationis, & approbationis infra poſitæ.

Nos qui ſalutem cupimus animarum quemlibet, & Priorem modernũ, & Fratres prædictos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium relaxationem, voluntatem, & conceſſionem prædictas, ac prout illas concernunt, omnia, & ſingula in noſtris prædictis, & quibuſuis alijs

Contenta in litteris Adriani 6. cõfirmat & approbat.

Adriani Prædeceſſoris huiuſmodi litteris quomodolibet contenta confirmamus, & approbamus, Illaque perpetuæ firmitatis robur obtinere, & quod dictorum Confratrum conſenſu Prior dictæ Domus pro tempore exiſtens pecuniarum admiſſione, & inſcriptione prædictis ſoluẽdarum quantitatem huiuſmodi eius arbitrio moderari, & ad mediocritatẽ reducere.

Tempore Interdicti Miſſas, & alia officia diuina poſſe celebrare concedit.

Et quilibet ex dictis Confratribus, qui ad loca Eccleſiaſtico interdicto, ordinaria auctoritate ſuppoſita declinauerit, in illis clauſis ianuis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, excommunicatis, ac interdictis excluſis, dummodo ipſe cauſam huiuſmodi interdicto nõ dederit, nec per eũ ſtet quominus interdictũ huiuſmodi obſeruetur, & illi pareatur: Miſſas, & alia Diuina officia in ſua, & familiarium, ac domeſticorum ſuorum præſentia per ſe ipſum, ſi Presbyter fuerit, aut proprium, vel alium Sacerdotem celebrare, & celebrari facere, liberè, & licitè valeat.

Corpora Confratrum cum modeſta põpa ſepulturæ tradi poſſe elargitur.

Quodque, ſi huiuſmodi interdicto durante in loco vbi illud appoſitum fuerit, eum contingat ab humanis diſcedere, illius corpus cum modeſta funerali pompa, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi poſſit concedimus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & quibuſuis ſuſpenſionibus, renouationibus, prohibitionibus, mandatis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & nos, ac Sedem Apoſtolicam etiam conſiſtorialiter, & per viã generalis legis, & ſtatuti perpetui, ac motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, quaſſatiuis, reuocatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtrictiuis, declaratiuis, mentis

atteſta-

atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis etiam in fauorem Iubilęi, & aliàs quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis ſub quibus Indulgentias Confraternitati conceſſas huiuſmodi, nullatenus comprehendi, ſed ab illis exemptas, & exceptas fore, & eſſe decernimus: Eiſque etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſeruanda foret, & in eis caueatur expreſsè, quod illis nullatenus derogari poſſit, illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, nec non modos, & formas ad id ſeruandos pro indiuiduo ſeruatis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, approbationis, conceſſionis decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono, decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Bulla III. Clementis VII.

CLEMENS Papa Septimus motu proprio &c. Et ſi temporalium cura nos ſolicitè angat tanto

accu-

accuratius aciem conſiderasionis extendere nos decet, quanto diuina humanis, & perpetua temporalibus digniora cognoſcimus. Conſiderâtes igitur quã Religioni noſtræ ſalubre, ac fructuoſum fuerit Roſarij inſtitutum, quantaque exinde prouenerint, & quotidie proueniant bona, quamobrem tùm clerici, tùm laici, tam maſculi, quàm fœminæ, ad tantum deuotionis feruorem deuenerint, quod Deus, & ipſa Virgo (ad cuius honorem fuit originaliter inſtitutum) eoſdem non ſolũ gratijs decorare, verum etiam miraculis, & ſignis quamplurimis illuſtrare non dedignatur: * Idcirco cum ad notitiam noſtram, quod dicti Roſarij Confratres, & ſorores à fel. rec. Sixto Quarto, ac Leone Decimo Prædeceſſoribus noſtris, nedum confirmationem, & augmentum, ſed & Indulgentias quamplures, & priuilegia, non immeritò obtinere meruerint, prout per Apoſtolicas litteras in forma Breuis expeditas nobis manifeſtiſſimè conſtat: * Nos igitur eorum veſtigijs inhærendo, motu ſimili, ac eodem deuotionis affectu diuinitus excitati dictam Confraternitatem, Indulgentias, & priuilegia omnia per Prædeceſſores præfatos eidem Societati quomodolibet conceſſa approbamus, confirmamus, & roboramus, firmum, ac robur perpetuum habere volumus, & intendimus. * Sed quoniam Sixtus in litteris prædictis, quas hic pro expreſſis haberi volumus inſtituendo confirmauit, quod dicti Roſarij Confratres, & Conſorores, ad conſequendas, & adipiſcẽdas, & Indulgentias prædictas integraliter obtinendas, & pro earũ totali aſſecutione tenerentur, & obligarentur, ſemel in die ad honorẽ Virginis dictum Pſalterium B. Virginis perfeciſſe, propter quod nonnulli multitudine, ac negociorum varietate impediti, hoc ſibi difficillimum fore putantes ab huiuſmodi ſæpius retrahebantur, & in amore, ac eorum

* Augumentũ deuotionis Roſarij.

* Narrat Sixtũ IV. & Leonem X. Confraternitates approbaſſe, & Indulgentijs locupletaſſe.

* Ea omnia confirmat.

* Declarat ſatis eſſe Roſariũ hebdomadæ decurſu recitare.

rum deuotione tepeſcebant: Ad aperiendam igitur cælorum ſemitam, & vt feruentiùs inducantur, quo exinde faciliùs animarum ſuarum ſalutem conſequi ſperauerint. Volumus,& ordinamus, quod ſpatium vnius diei, ad ſpatium integræ hebdomadæ amplietur, & dilatetur, & quod in vna die, & vna vice fortaſſe tenebantur, pro die dies, pro vice vices aſſignamus, & nihilominus illud idem conſequantur, ac ſi Ritus antiquus integraliter ſeruaretur; * Et quia Leo Decimus ordinando inſtituit, ac benignè conceſſit, quod quilibet ex dictis Fratribus vbicumque exiſtentibus viſitando quinque Altaria cuiuſcumque Eccleſiæ, vel vnum, aut duo quinquies, ſi quinque defuerint, eaſdem Indulgentias integraliter conſequerentur, ac ſi omnes Almæ Vrbis ſtationes peregrinando circumirent. Hoc idem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac pro firmis, & approbatis eſſe, & haberi volumus, & decernimus; * Et quia nos decet Religiones, & SS. Patrum inſtituta potiſſimum ampliare, ſupradictis etiam addendo; Volumus, quod cum præfatus Sixtus IV. omnibus præſentibus & futuris, ſupranominatum Roſarium in tres partes illud diuidendo, ideſt in tres quinquagenas ſingulis diebus pro qualibet quinquagena quinque annos, & totidē quinquagenas miſericorditer relaxauerit,ex Apoſtolica benignitate, vt prædicti Confratres ad huiuſmodi deuotionis opera feruentiùs inducantur, præter huiuſmodi Indulgentias omnibus Confratribus, & Conſororibus, prædictum Pſalterium modo ſupra expoſito, & per nos conceſſo recitantibus, annos duos veræ Indulgentiæ concedimus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis Synodalibus, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque; Et ita motu proprio ex certa animi

* Approbat ſtationum Vrbis Indulgentias, Confratribus elargitas à Leone X.

* Auget,& addit Indulgentias Confratribus.

deli-

deliberatione volumus, & mandamus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris 8. Idus Maij anno vndecimo Pontificatus noſtri.

Bulla Pauli III.

PAVLVS Papa Tertius. Ad futuram rei memoriam. Rationi congruit, & conuenit honeſtati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet eius ſuperueniente obitu, litteræ deſuper expeditæ non fuerint, ſuum debitum ſortiantur effectum.*

Refert Confraternitatis confirmationem, & Indulgentias à Sixto IV. & Leone X. conceſſas.

Dudum ſi quidem cum ad notitiam fel. rec. Clementis Papæ Septimi Prædeceſſoris deueniſſet, quod dilecti filij Confratres Confraternitatis ſub inuocatione Roſarij B. M. Virginis in quibuſuis Domibus Ordinis Fratrum Prædicatorum canonicè inſtitutæ à piæ mem. Sixto Quarto, & Leone X. Prædeceſſoribus noſtris, nedum confirmationem eiuſdem Confraternitatis, & augmentum, ſed & Indulgentias quamplures, & priuilegia non immeritò obtinere meruerant.*

Item à Clemẽte VII. eaſdem conceſſas & confirmatas

Idem Clemens Prædeceſſor eorumdem Prædeceſſorum veſtigijs inhærendo dictos Cõfratres à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſterẽt ad effectum illarum dumtaxat conſequendum abſoluens, & abſolutos fore cenſens, ſub dat. videlicet octauo Idus Maij, Pontificatus ſui anno vndecimo, dictam Confraternitatem, ac Indulgentias, & priuilegia omnia per Prædeceſſores præfatos, & eidem Cõfraternitati quomodolibet cõceſſas, & cõceſſa Apoſtolica autoritate approbauit, cõfirmauit, roborauit, & firmitatẽ, & robur perpetuum habere voluit.* Et cum dictus Sixtus in ſuis litteris, quas idem Clemens Prędeceſſor habe-

*Sixtus 4. pro aſſequendis Indulgentijs ſe-

habere voluit pro expreſſis inſtituendo confirmaſſet, quod præfati vtriuſque ſexus Confratres ad conſequendum, & integraliter obtinendum prædictas Indulgentias pro earum totaliter aſſecutione tenerentur, & obligarentur ſemel in die in honorem eiuſdem B. M. Virginis integrum illius Pſalterium perfeciſſe, propter quod nonnulli multitudine, ac varietate negotiorum impediti, id ſibi difficillimum fore putantes, ab ingreſſu dictæ Confraternitatis, ſeù dicti Pſalterij recitatione ſæpius retrahebantur, & in amore Chriſti, ac eorum deuotione tepeſcebant. * Idem Clemens Prædeceſſor ad aperiendum cælorum ſemitás, vt ipſi Confratres ad id feruentius inducerentur, quo exinde facilius animarũ ſuarũ ſalutem conſequi ſperarent, voluit, ac etiã ordinauit, quod ſpatiũ vnius diei ad ſpatiũ integræ hebdomadæ ampliaretur, & dilataretur, & ad quod in vna die, & vna vice fortaſſe tenebantur, pro die dies, & pro vice vices aſſignauit. Et nihilominus illud idem conſequerentur, ac ſi ritus antiquus integraliter ſeruatus fuiſſet; * Cumque idem Leo ordinando inſtituiſſet, ac benignè conceſſiſset, quod quilibet ex dictis Confratribus vbicumque exiſtentibus, viſitando quinque Altaria cuiuſcumque Eccleſiæ, aut vnum, vel duo quinquies, ſi quinque deeſsent, eaſdem Indulgentias integraliter conſequerentur, ac ſi omnes Almæ Vrbis ſtationes peragendo circuiſsent, præfatus Clemens Prædeceſſor hoc idem dicta auctoritate Apoſtolica ſimiliter approbauit, & confirmauit, & pro firmo, & approbato haberi voluit, & decreuit, ac idem Clemens Prædeceſsor ſupradictus etiam addendo. * Cum dictus Sixtus Prædeceſsor omnibus præſentibus tunc & futuris ſupranominatis Confratribus, Roſarium in tres partes diuidendo, videlicet in tres quinquagenas ſingulis diebus, pro qualibet quinquagena quin-

mel in die reci tare Roſarium obligat Confratres.

* Clemens 7. ad dies reducit.

* Indulgentias quinque Altarium à Leone X. conceſſas, approbat, & confirmat Clemens VII.

* Refert Indulgentias à Sixto 4. & Clem. 7. conceſſas.

que annos, & totidem quadragenas Indulgentiarum miſericorditer relaxauiſset ex Apoſtolica benignitate, vt ſupradicti Confratres ad huiuſmodi deuotionis opera feruentius inducerentur, præter huiuſmodi Indulgentias omnibus vtriuſque ſexus Confratribus Pſalterium prædictum modo ſupradicto per eumdem Clementem Prædeceſsorem conceſsum recitantibus annos duos veræ Indulgentię eadē autoritate cōceſſit, non obſtañ quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; cōtrarijs quibuſcumq. * Ne autē de abſolutione, approbationibus, confirmationibus, roboratione, voluntatibus, ordinatione, decreto, cōceſſione, & alijs pręmiſſis pro eo, quod ſuper illis dicti Clementis Prędeceſsoris eius ſuperueniēte obitu, literæ confectæ non fuerunt valeat quomodolibet hæſitari, ipſique Confratres illorum priuentur effectu. Volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate prædicta decernimus, quod præſentes litteræ ad approbandam plenè abſolutionem, approbationem, confirmationem, roborationem, voluntates, ordinationes, decretum, & conceſſionem, & alia prædicta vbique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 3. Nouembris 1534. Pontificatus noſtri anno primo.

* Cauſa ſequētis Decreti.

* Præſentes ſufficere decernit.

Bulla Iulij Tertij.

IVLIVS Papa Tertius. Dilectis filijs ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sinceræ deuotionis affectus, quo Vnigeniti Dei filij, & intemeratæ Virginis Mariæ matris eiuſdem cultum, ac S. R. E. decorem, proſequimini non immeritò nos inducit, vt ea, quæ in veſtri fauorem, & ſpiritualem conſolationem conceſſæ dicuntur, noſtræ auctoritatis munimine

mine roboremus. * Hinc eſt quod nos deuotionis veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, facultates, conceſſiones, indulta, & indulgentias, ac peccatorum remiſſiones vobis, & Confraternitatibus veſtris tam per fel. rec. Sixtum Quartum, Leonem Decimum, Clementem Septimum, Paulum Tertium, & alios Romanos Pontifices Prædeceſsores noſtros, quàm nos, & Sedem Apoſtolicam, ſeù illius Legatos, ac alios Eccleſiarum Prælatos conceſsas, & factas, nec non cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis deſuper cõfectis litetras illarum omnium veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia approbamus, confirmamus, & innouamus, illaque omnia perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, ac ea omnia prout conceſsa fuerũt vobis, & illis ſuffragari, voſque illis vti, potiri, & gaudere poſse decernimus, non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac Prouincialibus, & Synodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis, & ſub quibuſcumque clauſulis, & decretis etiam irritantibus, & aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus illorum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, & dicta autoritate Apoſtolica decernimus, quod præſentium litterarum tranſum-

* Indulgentias, priuilegia, indulta, ac peccatorũ remiſſiones confirmat, & innouat per *Prædeceſſores* cõnceſſas.

ptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, ſeù Curiæ Eccleſiaſticę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 24. Auguſti 1551. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Bulla prima Pij Quarti.

PIVS Quartus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dum Præclara meritorum inſignia, quibus glorioſa Dei Genitrix Maria, Cælorum Regina, quaſi matutinum ſydus irradiat deuotæ conſiderationis indagine contemplamur, dignum, quin potius debitum arbitramur, vt Capellas, & Confraternitatem in eius honorem erectas, ac conſtitutas quibuſuis fauoribus, & gratijs proſequamur, vt etiam Chriſti fideles ad eandem glorioſam Virginem ardentiùs excolendam, ac venerandam excitentur.* Itaque cum nobis innotuerit Capellam, & Confraternitatem Roſarij in honorem præfatæ Virginis in Aede S. Mariæ ſuper Mineruam non ſine magno fidei, ac deuotionis augmento iam diù erectam eſſe. Volentes Chriſti fideles ad eam piæ deuotionis affectu, donis quoque ſpiritualibus animare, de miſericordia omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli eiuſdem auctoritate conſiſi.* Omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, vel firmum animũ temporibus ſtatutis confitendi habentibus, qui Capellam eiuſdem Roſarij in dicta Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruã conſtitutam deuotè viſitauerint in feſtiuitatibus, & ſolemnitatibus eiuſdem glorioſæ

* Cauſa conceſſionis.

* Confeſſis, ſeù cõfitendi propoſitũ habentibus in feſtiuitatibus B. V. Capellã Roſarij viſitãtibus, Indul. plenariá elargitur etiam proceſſionem aſſociantibus.

rioſæ Virginis, videlicet Purificationis, Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, Præſentationis, & Conceptionis à primis veſperis vſque ad occaſum Solis feſtiuitatem huiuſmodi viſitauerint vel proceſſionem aſſociauerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem conſequantur, miſericorditer elargimur in Domino.* Confirmantes nihilominus omnes, & ſingulas Indulgentias, non tamen plenarias & prærogatiuas, ſiue per alios Summos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſiue alias quaſcumque perſonas ab eiſdem Pontificibus facultatem habentes, ſiue etiam per nosmetipſos eidem Capellæ, ſiue Confraternitati aliàs conceſſas. Nulli ergo liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, ordinationis, voluntatis, & confirmationis infringere, ſeù temerario auſu contrauenire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Volumus autem quòd præſentium ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat. Datum Romæ apud S. Petrum Pridie Kal. Martij Pontificatus noſtri anno ſecundo.

*Indulgentias à ſuis prædeceſſoribus conceſſas confirmat.

Placet motu proprio I.

Bulla II. Pij Quarti.

PIVS Papa Quartus motu proprio &c. Cum ſicut accepimus, quòd Venerabilis Societas glorioſę Virginis Mariæ de Roſario ſuper Mineruam ſingulis menſibus in prima Dominica menſis proceſſionem ſolemnem Confratrum dictæ Societatis cum candelis & facibus accenſis in dicta Eccleſia in honorem B. Virginis celebret, multaſque candelas ad Altare eiuſdem glorioſæ Virginis Mariæ accendat, multaque alia pia opera exerceat, in fidei & deuotionis

Chri-

Chriſtifidelium Deiparæ deuotorum augmentum, & nihil eadem Societas poſſideat in ſtabilibus, vel redditibus certis. Nos volentes, vt dicta opera, Deique, & eiuſdem glorioſæ Virginis Mariæ cultus, & deuotio creſcat, * Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, Confratribus eiuſdem Societatis tenore præſentium concedimus, & gratioſè elargimur, vt figuras Roſarij, ſeù Roſarios imprimi conſuetos, & ſolitos nullus alius Bibliopola, Impreſſor, vel quæuis alia perſona, vbique locorum exiſtens quauis auctoritate fungens poſſit, aut valeat quouis modo vllo vmquam tempore imprimere, aut vendere, imprimi, aut vendi facere dictos Roſarios, aut figuras prædictas niſi ille, ſeù illa perſona, quæ autoritatem, & poteſtatem habuerit, illos, ſeù illas imprimēdi, vendendi, ſeù imprimi aut vendi faciendi, à Prioribus, & Camerario, & Officialibus dictæ Societatis Roſarij ad hoc; vt de dictis impreſſionibus, & figuris prædictis impreſſis, & quocumque tempore imprimendis, earumque pretio & valore, poſſit dicta Societas facilius præfata pia, & bona opera exercere, * quod ſi factum fuerit, eo ipſo perſona contraueniens excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœnam incurrat, à qua non poſſit abſolui ab aliquo, præterquam à nobis, niſi in mortis articulo, vt etiam figuras impreſſas amittat, dictæque Societati applicentur; * Mandantes Reuerendiſſimo Almæ Vrbis Vicario, & alijs Ordinarijs, ſeù eorum Vicarijs vbilibet conſtitutis, vt in præmiſſis dictæ Societati faueant, pariter & aſſiſtant, præmiſſaque inuiolabiliter ſub dicta pœna excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrenda, & etiam amiſſionis figurarum obſeruari faciant. In contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque, præmiſſis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtylo Palatij, cæteriſque contrarijs quibuſ-

*Concedit Cōfratribus, & nulli alteri; vt figuras Roſarij ſeu Roſarios imprimere poſſint, aut imprimi facere.

Pœnam excōmunicationis latæ ſententiæ contrauenientes incurrant

*Mandat Vicario Vrb. alijſq. Ordinarijs ſub d. pœna vt id obſeruari faciat.

cumque. Volumus autem, quod præſentis noſtri motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat, Regula Cancellarij in contrarium non obſtante.

Placet motu proprio I.

Bulla prima Pij Quinti.

PIVS Papa Quintus. Ad futuram rei memoriam. Iniunctum nobis deſuper paſtoralis officij debitum nos excitat, & inducit, vt votis illis, per quæ Diuinus Cultus in Eccleſijs, Capellis, & Oratorijs, quæ Domus Dei, & orationes ſunt, manuteneri, & incrementum ſuſcipere, ac inde Chriſti fidelium deuotio augeri, & animarũ ſalûs prouenire poſſit libenter annuamus, ac Eccleſias, Capellas, & Oratoria huiuſmodi, in quibus præſertim Confraternitates Sanctiſſimi Roſarij beatæ, & glorioſæ ſemperque Virginis Mariæ, & Genitricis Domini noſtri erectæ comperiuntur ſpecialibus gratijs libenter decoraremus, vt illis allecti Chriſti fideles ad feruentiorem Diuinam deuotionem inuitentur. * Cum itaque ſicut accepimus dilectus filius Fr. Ambroſius Saluius de Balneolo Ordinis Fratrum Prædicatorum Sac. Theologiæ Profeſſor, quem tam Romæ, quàm Neapoli, & pluribus alijs Italiæ Ciuitatibus verbum euangelicum, & ſacram paginam Chriſtifidelibus feruenti animo prædicaſſe ſatis notum eſt, & cuius vita exemplaris, doctrina, & morum probitas apud nos verè comprobantur; diuino Spiritu ductus, & ob ſpecialem quam ad eamdem Mariam Virginem gerit deuotionem Confraternitates eiuſdem Sanctiſſimi Roſarij in Eccleſijs, Capellis, & Oratorijs huiuſmodi erigere, & inſtituere deſideret. * Nos tam pijs, & ſalutiferis ipſius Fratris Ambroſij votis libenter annuere, ipſumq; ſpe-

* Cauſa huius conceſsionis.

* Licentiam facit Fr. Ambroſio Saluio

erigendi Confraternitates, & Capellanos inſtituendi.

ſpecialis gratiæ fauore proſequi volentes, ex certa noſtra ſcientia eidem Fratri Ambroſio, vt in quibuſuis Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & locis vbique exiſtentibus, in quibus, & præſertim in Terra Itri Caietanæ Diœceſis nullæ adhuc Capellæ, & Confraternitates Sanctiſſimi Roſarij erectæ reperiuntur Confraternitates eiuſdem Sanctiſſimi Roſarij cum illarum Capellis, ſiuè Oratorijs ad inſtar Confraternitatis Roſarij huiuſmodi erectæ, & inſtitutæ Romæ in Templo Beatæ Mariæ ſuper Mineruam, ac Dei, & eiuſdem Beatæ Mariæ Virginis eius Matris laudem, & gloriam erigere, & inſtituere, ac in dictis Capellis, ſiuè Oratorijs Capellanum, ſiuè Capellanos idoneos ad nutum amouibiles, & per Ordinarios approbandos, qui inibi in Diuinis laudabiliter deſeruiant liberè, & licitè poſſit, ac valeat plenam, & liberam licentiam, & facultatem, autoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ concedimus, & indulgemus.

Ne vnquam Capellæ, ſeu Oratoria in beneficia Eccleſiaſtica erigantur, vetat.

Decernentes ipſas Capellas, ſiue Oratoria vnquam in beneficia Eccleſiaſtica, tam Apoſtolica, quàm Ordinaria, & alia quauis autoritate erigi non poſſe, neque debere, & ſic per quoſcumque Iudices (ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicādi facultate) iudicari debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. * Et vt Capellæ, & Oratoria huiuſmodi, poſtquam erecta, & conſecrata fuerint, in debita veneratione habeantur, & Confratres earum Confraternitatum ad illorum viſitationem, ac confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta ſuſcipienda facilius inuitentur, quo ex dono cæleſtis gratiæ vberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, autoritate confiſi, omnibus,

*Indulgentias confeſſis, ac Sac. Synaxi refectis Roſariū recitantibus, concedit.

& ſin-

& ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus Confraternitatum huiuſmodi Confratribus, qui corde contritó peccata ſua confeſſi fuerint,& ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deuotè ſumpſerint, & in die feſto Annunciationis eiuſdem B. Mariæ Virginis deuotè dictum Roſarium recitauerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem à pœna quomodolibet debita auctoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Tribus verò alijs eiuſdem B. Mariæ feſtiuitatibus, videlicet, Aſſumptionis, Natiuitatis, Purificationis, quotieſcunque ipſi vtriuſque ſexus Confratres prædictum Roſarium, vt ſupra deuotè recitauerint decem annos, & totidem quadragenas.

Reliquis verò anni diebus quadraginta dies. Et quoties nomen Domini noſtri IESV Chriſti, & eiuſdem B. Mariæ Virginis Matris ſuæ tàm intus, quàm extra dictum Roſarium piè, & deuotè nominauerint, ſeù inuocauerint ſeptem dies de iniunctis pœnitentijs, & debitis ſibi pœnis, eiſdem autoritate, & tenore, etiam miſericorditer in Domino relaxamus. Quas quidem Indulgentias ſub quibuſuis ſuſpenſionibus, reuocationibus, limitationibus ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum etiam in fauorem Cruciatæ ſanctæ, & Fabricæ Baſilicę Principis Apoſtolorū de Vrbe, aut expeditionis cōtra Infideles, vel aliàs per nos, & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon conſiſtorialiter, & ad quorumuis inſtantiam pro tempore factis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas; & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitu-

* Nomen Ieſu & B. M. profe-rentibus, ac inuocantibus, Indulgentias largitur.

Prædictas Indulgentias nūquā reuocatas ſed ſemper firmas cenſeri.

tas eſse, & cenſeri debere, & quas perpetuis futuris temporibus duraturas decernimus.

Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quarumuis Eccleſiarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Eccleſijs, & illarum Præſulibus, Capitulis, Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cetceriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 14. Iunij 5566. Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla II. Pij Quinti.

PIVS Papa Quintus. Ad futuram rei memoriam. Inter deſiderabilia cordis noſtri illud intentis deſiderijs affectamus, vt ſingulorum Chriſtifidelium quorum nobis ex commiſſi Paſtoralis officij debito, cura imminet generalis animarum ſalus proueniat, vnde pia, & ſalubria fidelium vota ad hoc tendentia, & aliàs ex quibus diuini cultus prouenit augmentum, pij patris affectione proſequimur, ac plenis fauoribus confouemus, & vt optatum conſequantur effectum, Chriſtifideles ipſos ad illa Indulgentijs, videlicet, & peccatorum remiſſionibus libenter inuitamus. * Exhibita ſanè nobis nuper pro parte dilecti

* Cauſa huius conceſſionis.

filij

filij Magiſtri Prouincialis Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Neapolitanæ petitio continebat; Quòd cum dilectus filius Frater Ambroſius Saluius loci de Balneolo Nutean, ſiue alterius Diœceſis ad erigendum Societates Sanctiſſimi Roſarij in quibuſcumque Eccleſijs per nos, & Sedem Apoſtolicam ſpecialiter deputatus fuerit, ſi alijs huiuſmodi facultas, præterquam eiuſdem Ordinis Magiſtro Generali interdiceretur, ex hoc profectò diuerſis abuſibus qui in illarum erectione interuenire poſsent, ſatis conſultum foret: quare nobis pro parte eiuſdem Prouincialis fuit ſupplicatum, vt ſibi in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. * Nos qui honeſtis quorumlibet votis libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis, eumdem Prouincialem à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, autoritate Apoſtolica per præſentes ſtatuimus, quod nulli licitum exiſtat, minuſque aliquis Capellam Sanctiſſimi Roſarij in quauis Eccleſia, ſiue loco erigere, præter dictum Generalem, aut ab eo deputatos, ac præfatum Ambroſium, * minuſque aliquis Confrater, ſeù vir, ſiue mulier aliquid eidem Societati, pro illius ingreſsu, vel alia quauis de cauſa perſoluere, * ac ſinguli Confratres, ad quaſuis proceſſiones accedere, & in quibus corpora defunctorum ad ſepeliendum deferuntur cum eorum inſignijs, cuiuſuis etiam Superioris licentia deſuper minimè requiſita, etiam abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo, & cenſurarum Eccleſiaſticarum incurſu, poſſint & valeant

*Facultas erigẽdi Capellam Roſarij ad M. Generalem Ord. S Dominici, & ab eo deputatos tantum ſpectat.

* Ingredientes Sodalitatẽ nihil ſoluant.

* Cõfratres ad proceſſiones accedant, & ad ſepeliendum mortuos inſignia deferant.

 leant

Prohibitio in his Confratres moleſtandi. leant, ſeù eorum quilibet poſſit, & valeat, * diſtri- ctiùs inhibentes quibuſuis; ne eoſdem Generalem, ſeù deputandos, & Ambroſium ſuper erectione, & & inſtitutione Societatum huiuſmodi in quibuſcum- que Ciuitatibus, Terris, & locis factis, & faciendis, neque eoſdem Confratres ſuper exercitio piorum operum, & profectu ad proceſſiones,ſeù inceſſu cum ſigno corũ,aut dicti ſigni delatione,moleſtare,pertur bare, aut inquietare audeant, nec debeant, quinimo Generali, deputatis, & Ambroſio præfatis,in præmiſ- ſis auxilium, conſilium, vel fauorem præbeant. Nos enim omnes præmiſſis contrauenientes, Indulgentijs, & peccatorum remiſſionibus eis conceſſis, priuamus, & priuatos eſse, & indignos effici, & quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane de- cernimus. * Poſtremo verò, vt animarum Chriſtifi- delium, præſertim ex aliqua Societate huiuſmodi erectarum, ſeù per eumdem Ambroſium erigendarũ exiſtentium, & eamdem Societatem ingredi volen- tium, quieti, & ſpirituali conſolationi ſalubriùs con- ſulatur,& ad illam vbicumque erectam Chriſtifideles ipſi accedentes eò feruentiores, & promptiores red- dantur, quo ſe dono cæleſtis gratiæ decoratos ſenſe- rint; De omnipotentis Dei miſericordia, ac Beato- rum Petri & Pauli Apoſtolorum autoritate confiſi, Chriſtifidelibus præfatis de dicta ſocietate,vt præfer- tur inſtituta,vel inſtituenda exiſtentibus, vt omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, tã per nos,quàm quoſcumq;alios Romanos Põtifices, & præſertim Leonem Papam Decimum,Prædeceſſo- res noſtros conceſſas,conſequantur, & conſequi poſ- ſint autoritate, & tenore prædictis miſericorditer in Domino concedimus, & indulgemus, illaſque non- niſi in Eccleſijs, in quibus vt præfertur eadem So-

Confirmatio Indulgentiarum.

cietas

cietas inſtituta erit, præterquam in caſu ſummæ neceſſitatis, & infirmitate grandi, ſeù detentione carcerum, in quibus, & alio in loco conſequi poſſint, obſeruando tamen illa omnia quæ in dictis Indulgentijs continentur, conſequi poſſe decernimus; omneſque, & ſingulas per eumdem Ambroſium, ſiue Generalem, aut deputandos præfatos autoritate noſtra, modo tamen ſupradicto conceſſas, cofirmamus, & approbamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 29. Iunij 1569. Pontificatus noſtri anno quarto.

Bulla III. Pÿ Quinti.

PIVS Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Conſueuerunt Romani Pontifices, & alij SS. Patres Prædeceſſores noſtri, cum bellis corporalibus vel ſpiritualibus premerentur, aut alijs vexationibus tentarentur, quo faciliùs ab illis euaderent, & tranquillitatem adepti Deo quietiùs, & feruenter, inſeruirent, & vacarent diuinam opem implorare, & Sanctorum ſuffragia per ſupplicationes, ſeu per litanias depoſcere, ac oculos cum Dauide in montes leuare, certa ſpe confidentes inde illis auxilia affutura: Quorum exemplo adductus, & Spiritu ſancto vt piè creditur, afflatus B. Dominicus Ordinis Fratrum Prædicatorum. Author (cuius Inſtitutum, & Regulam cũ in minoribus eſſemus expreſsè profeſſi ſumus) Simili qua tunc temporis occaſione quo Albigenſium hæreſis partes Galliarum, & Italiæ miſerè graſſabatur, & tam multos excæcauerat ſæculares, vt in Domini Sacerdotes, & Clericos ſæuiſſimè furerent: Leuans in cælum oculos, & montem illum glorioſæ

*Pſalterium inſtituit B. Dominicus ad deprimendas hæreſes.

Vir-

Virginis Mariæ Almæ Dei Genitricis, quæ germine ſuo tortuoſi ſerpentis caput obtriuit, & cunctas hæreſes ſola interemit, ac benedicto fructu eius ventris mundum primi parentis lapſu damnatum, ſaluauit, & de quo ſine humanis manibus abſciſſus eſt lapis ille, qui ligno percuſſus, gratiarum aquas affluenter produxit, reſpiciens modum facilem, & omnibus peruium, ac admodum pium orandi, & precandi Deum, Roſarium ſeu Pſalterium eiuſdem B. Mariæ Virginis nuncupatum, quo eadem Beatiſſima Virgo ſalutatione Angelica centies, & quinquagies ad numerum Dauidici Pſalterij repetita, & oratione Dominica ad quamlibet decimam cum certis meditationibus totam eiuſdem D. N. Ieſu Chriſti vitam demonſtrantibus interpoſita veneratur excogitauit, excogitatum per S. R. E. partes propagauit, orandique modo prædicto per aſſeclas B. Dominici Fratres, videlicet Ordinis prædicti diuulgato, & à nonnullis accepto cæperunt Chriſtifideles meditationibus accenſi, his precibus inflammati in alios viros repente mutari, hæreſum tenebræ remitti, & lux Catholicæ fidei aperiri, & ad hanc orandi formam pro locorum diuerſitate, Sodalitates per Fratres eiuſdem Ordinis ad hoc à ſuis Superioribus legitimè deputatos inſtitui, & Confratres in eis deſcribi.* Nos quoque illorum Prædeceſſorum veſtigia ſequentes militantem hanc Eccleſiam diuinitus nobis commiſſam his temporibus tot hæreſibus agitatam, tot bellis, prauiſque hominum moribus atrociter vexatam & afflictam cernentes, lacrymabundos, ſed ſpei plenos oculos in montem illum vnde omne auxilium prouenit, leuamus, & ſingulos Chriſtifideles ad ſimile faciendum benignè in Domino hortamur, & monemus.* Vtque faciliùs modus ille ab omnibus cum ea qua decet deuotione, & mentis, Religioniſque Chri-

* Cauſas indicat; illud ſeruari admonet.

* Confirmat modum orandi vna cum ſuis gratijs, & priuilegijs.

Chriſtianæ ſinceritate amplectatur, autoritatis noſtræ partes quantum Nobis ex Alto conceditur fauorabiliter impartientes: Modum orandi, & precandi prędictum, omniaque, & ſingula Indulta, indulgentias, peccatorum remiſſiones, relaxationes, immunitates, priuilegia, & alias gratias per quoſcumque Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, & dictæ Sedis etiam de latere Legatos, ac alios Apoſtolica autoritate ſuffultos iuxta precandi modum prædictum orantibus, & Confraternitatibus, ſeu Sodalitatibus ſub dicto Roſario inſtitutis, & illorum Eccleſijs, ſeù Altaribus, aut Cappellis, vel Confratribus, ac Sodalibus tam motu proprio, & ex certa ſcientia, ſiue in genere, vel in ſpecie, quàm aliàs quomodolibet etiã pluries conceſſa, cõnfirmata, & innouata, quorum omnium, & ſingulorum tenores, & compendia præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & inſertis, eadem autoritate, harum ſerie perpetuò confirmamus & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Necnon potiori pro cautela, præmiſſa omnia eiſdem modo, & forma, quibus conceſſa reperiuntur etiam perpetuo innouamus, * ac omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus Confratribus per dictos filios modernos, & pro tempore exiſtentes Fratres Ordinis prædicti in ſuis, & tam per eos, quàm per alios Sacerdotes etiam in alijs Eccleſijs à dilecto filio etiam moderno, & pro tempore exiſtente ipſius Ordinis Generali Magiſtro, vel eius Vicario dumtaxat deputatos in huiuſmodi Sodalitatem, & Confraternitatem Roſarij receptis & deſcriptis, Eccleſias, Altaria, & Capellas huiuſmodi viſitantibus, necnon Deo preces iuxta Roſarij modũ prædictum effundentibus, quod omnibus & ſingulis Indultis, Indulgẽtijs, peccatorum remiſſionibus, relaxatio-

*Confratribus Sodalitatũ inſtitutarum a deputatis Ordinis S. Dominici omnes gratias concedit.

xationibus, priuilegijs, & alijs gratijs præfatis frui, vti, potiri, & gaudere; * necnon eiſdem Confraternitatibus, ſeù Sodalitatibus, quod illarum ad id deputati Confratres, omnia & ſingula, oblationes, & legata, ſeu donationes, aut aliàs quouis modo, ſiue in teſtamento, ſiue in codicillis, aut alia vltima, vel inter viuos voluntate illis relicta, & erogata quæcumque, quodcumque, & quotieſcumque, etiamſi ſpeciali nota digna ſint, percipere, exigere, leuare, & in Confraternitatum huiuſmodi pios vſus conuertere, etiam Ordinarij loci, aut cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè, petita liberè, & licitè poſſint. * Et inſuper quo quiſque ad ſe numero Confratrum præfatorum aggregandum promptior, & alacrior fiat, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Confratribus prædictis per deputatos prædictos deſcriptis verè pœnitentibus, & confeſſis, qui prima vice qua deſcripti fuerint ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in aliqua Eccleſia, ſeu Capella dictæ Confraternitatis perceperint, & vnam ſaltem quinquagenam Roſarij recitauerint, & pro tranquillitate ſanctæ Matris Eccleſiæ orauerint, necnon qui in mortis articulo conſtituti ſalutaris pœnitentiæ, & Viatici Sacramento muniti fuerint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Qui verò in die Reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, & Annunciationis, ac Aſſumptionis eiuſdem B. Mariæ præfatum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & partem Roſarij, vt præfertur recitauerint, decem annos, & totidem quadragenas; eiſdem autem Confratribus qui in reliquis D. N. Ieſu Chriſti, & B. Mariæ Virginis præfatorum feſtis die-

* Facultatem percipiendi legata tribuit.

* Indulgentias hic deſcriptas largitur.

bus,

bus, in quibus ſacra ipſius Roſarij miſteria recenſentur vnam ſaltem Roſarij quinquagenam recitauerint, necnon alijs omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, etiam non Confratribus, qui in eiuſdem Roſarij proceſſione, quæ menſe quolibet fieri conſueuit deuotè interfuerint, & pariter Confratribus præfatis qui ipſum Roſarium integrum qualibet hebdomada deuotè recitauerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis ſibi pœnitentijs etiam miſericorditer in Domino relaxamus. Decernentes Cõfratres, & alios præfatos à quoquam deſuper moleſtari, præſenteſque litteras de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis alioue vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, argui, vel impugnari, & ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus comprehendi non poſſe: ſed quoties ille emanauerint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatũ reſtitutas de nouo, etiã ſub poſteriore data per ipſos deputatos Confratres eligenda cõceſſas, ac perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere, & ita per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis autoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate iudicari, & definiri debere, ac ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis, & edendis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem

Confratres à quoquam moleſtari vetat, ac præſentes literas nunquã reuocatas, ſed ſemper firmas decernit.

quod præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in iudicio, quàm extra adhibeatur, quæ præsētibus litteris adhiberetur ſi forēt exhibitę, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 17. Septembris 1569. Pontificatus noſtri anno quarto.

Bulla I. Gregorij XIII.

* Feſtiuitates celebrātur ad referēdas Deo gratias, præſertim pro populi liberatione.

Hic Pontifex in gratiarum actiones, anniuerſariam memoriam ob victoriam cōtra Turcas à Chriſtianis reportatā inſtituere decreuit.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Monet Apoſtolus in omnibus gratias agere, monent quoque ſacrarum literarum hiſtoriæ inſignia Dei beneficia, vt ei à quo accepta ſunt, meritæ referantur gratiæ, tum vt fideles, quibus collata ſunt, illarum memores ad diuinum cultum magis in dies excitentur ſolemnibus annuis feſtiuitatibus celebranda eſſe: quod cum multoties inſtitutum fuerit, tùm verò maximè, cum Deus Patrum noſtrorum populum ſuum à ſeruitute Aegiptiaca per manum fortem liberauit. * Nos itaque, qui non minora beneficia quotidie à Deo optimo maximo accipimus, inter quæ illud ſingulariſſimum ſuperiore anno ab ineffabili ipſius clementia nobis conceſſum fuit, vt Turcarum claſſis, & numero longè ſuperior, & præteritis elata victorijs à Chriſtianorum Claſſe in virtute Domini Dei Sabaoth, decertante die 7. Octobris non longè à Corinthiaco ſinu penitus deuicta, & quaſſata fuerit, quæ nempe victoria vniuerſum Populum Chriſtianum ab impijſſimi Tyranni faucibus, & diuino munere ereptum fuiſſe, inficiari nemo poteſt, Apoſtoli præcepto parere, & Sanctorum Patrum exempla ſequi volentes, vt huius ingentiſſimi beneficij Anniuerſaria habeatur memoria, inſtituere omnino

nino

nino decernimus . * Quia verò preces ad Deum oblatæ eo gratiores ad illius conſpectum aſcendunt, quo dignioribus interceſſoribus,& pio aliquo orandi modo offeruntur, memores Beatum Dominicum Ordinis Prædicatorum inſtitutorem, cum, & Gallia, & Italia à pernicioſis premerentur hæreſibus ad iram Dei placandam, & Beatiſſimæ Virginis interceſſionem implorandam, pijſſimum illum orandi modum inſtituiſſe, quod Roſarium, ſiue Pſalterium Beatiſſimæ Virginis nuncupatur. * Animaduertens quoque eadem die ſeptima, quæ tunc fuit dies Dominica prima dicti menſis Octobris, Fraternitates omnes ſub dicti Roſarij nuncupatione militantes per vniuerſum Orbem iuxta earum laudabilia inſtituta, & conſuetudines proceſſionaliter incedentes, pias ad Deum preces effudiſse, quas per interceſſionem Beatiſſimæ Virginis ad dictam victoriam conſequendam multum profuiſse piè credendum eſt. Operæpretium nos facturos eſse exiſtimauimus, ſi ad tantæ victoriæ cælitus proculdubio conceſsæ memoriam conſeruandam, & ad gratias Deo, & Beatiſſimæ Virgini agendas feſtum ſolemne ſub nuncupatione Roſarij in prima Dominica menſis Octobris ſingulis annis celebrandum inſtituerimus. * Quocirca motu proprio, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad laudem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque Glorioſæ Virginis Matris tenore præſentium decernimus, vt de cetero perpetuis futuris temporibus qualibet prima die Dominica menſis Octobris per vniuerſi Orbis partes, illis videlicet Eccleſiis, in quibus Altare, vel Capella Roſarii fuerit, ab omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus feſtum ſolemne ſub nũcupatione Roſarii predicti ſub duplici maiori officio, ad inſtar aliarum ſolemnium feſtiuitatum celebretur, & ſanctificetur, eademque die officium de Beatiſſima

* Ad iram Dei placandam B Dominicum SS. Roſarij modum orandi inſtituiſſe.

Proceſſiones prima Dominica Octobris à Confratribus SS. Roſarij factas ad victoriã dictam conſequendã multũ profuiſſe piè credẽdum eſt.

* Ideo feſtum ſub inuocatione Roſarij qualibet prima Dominica Octob. in Eccleſia vbi Altare Roſarij fuerit, celebrari iubet.

Virgine nouem Lectionum more Eccleſiaſtico perſoluatur, & recitetur. Decernentes præſentes, quas perpetuo valere volumus, nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeù alio vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio defectu notari, argui, vel impugnari poſſe, ſed plenarios effectus ſortiri debere, & ita per quoſcumque Iudices quauis autoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, iudicari, & interpretari, & definiri debere, ac ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper ijs à quoquam quauis autoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides adhibeatur tam in iudicio, quàm extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Aprilis 1573. Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla II. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa XIII. Venerabilis Frater, ſeù dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Ioannis Antonij Tramontani, Ioannis de Bonito, Baſilij Campanilis, Santoli Pandolphi, & Dominici etiam Tramontani Ciuitatis Scaleñ Regni Neapolitani officialium Confraternitatis Roſarij B. Mariæ Virginis in dicta Ciuitate rectè inſtitutæ, & reliquorum Confratrum eiuſdem Confraternitatis

nobis

nobis expoſitum fuit, * quod cum ipſi exponentes maximam habuiſſent, & haberent deuotionem ad prædictum Roſarium, & cuperent illud habere in eadem Ciuitate, ac propterea Venerabili Fratri Ambroſio Epiſcopo Neritonenſi, cui fel. rec. Pius Papa Quintus Prædeceſſor noſter, vt aſſerebatur, ipſum Roſarium illis, dictæque Confraternitati concedere vellet * præfatus Ambroſius Epiſcopus ipſorum exponentium deuotione,& ſupplicationibus motus eiſdem exponentibus dictæ Confraternitatis Confratribus tunc & pro tempore exiſtentibus, præfatum Roſarium in eadem Ciuitate & in Eccleſia S. Mariæ, ſeù S. Martiani de Pontana nuncupata eiuſdem Ciuitatis, iuxta facultatem & autoritatem ſibi conceſſas, ſub certis modo & forma tunc expreſſis per quaſdam ſub die, videlicet 18. menſis Aprilis anni 1573. gratiosè conceſſerat, quodque dum ipſi exponẽtes adConfraternitatẽ Roſarij huiuſmodi ordinandam neceſsaria compararent, & nonnulla iam tunc cõparuiſſent * dilectus filius Aloyſius Ordinis Fratrũ Prædicatorum Capellanus in quadam Capella Sanctæ Mariæ Annunciatæ præfatæ Ciuitatis per te Frater Epiſcope deputatus, & dilectus filius Ioannes Antonius Neſſorius eiuſdem Ciuitatis Scalenſis nulla facta mentione de gratia, per eoſdem exponentes, vt præfertur, ab ipſo Ambroſio prius obtenta fraudulenter dictum Roſarium ab eodem Ambroſio Epiſcopo pro dicta Capella obtinuerant, ſeù potius extorſerant, eaque fraude cognita,ipſi exponentes ad eumdem Ambroſium Epiſcopum recurſum habuerant, ac re tota illi expoſita ipſe Ambroſius Epiſcopus de veritate, & iuxta exponentium cauſa informatus per alias ſuas patentes litteras,tibi frater Epiſcope directas declarauerat gratiam per eum dictis exponentibus conceſſam, validam; illam verò quæ per

Cauſa conceſſionis.

Fr. Ambroſius Epiſcopus autoritate Apoſtolica ſibi tradita, exponentibus Roſarium conceſſit.

Hi fraudulenter à præfato Fr. Ambroſio nulla mentione de gratia exponentibus facta, obtinent Roſarium.

per eumdem Aloyſium fuerat obtenta, nullam, & ſubreptitiam fore, & eſſe, prout etiam in poſterioribus litteris huiuſmodi ſub 21. menſis Auguſti tunc proximi præteriti ſuper quibus poſterioribus litteris, tu frater Epiſcope tuum decretum ſub die 23. eiuſdem menſis Auguſti interpoſueras, & in eadem expoſitione ſubiuncto, quod cum ipſi exponentes pro eorum deuotione vellent omnia præfata ad effectum perducere poſtea repererant, te fratrem Epiſcopum, (neſciebatur ex qua cauſa) mandaſſe dilecto filio Alphonſo Marco Presbytero ipſorum exponentium Capellano ſub pœna excommunicationis, ne vellet amplius ſe intromittere in publicatione præfati Roſarij; & propterea ipſi exponentes pro opportuno ſuper hoc iuſtitiæ remedio ad venerabilem fratrem Archiepiſcopum Amalphitanum, vti Metropolitanum per viam grauaminis recurſum habuerant, & ipſe Archiepiſcopus recognitis, & reuiſis eorum litteris ſuo diffinitiuo decreto, poſteriorem gratiam nullam eſſe declarauerat; * & propterea pro parte eorumdem exponentium (vt aſſerebant) ſtantibus præmiſſis, à nobis dictum Roſarium, etiam non obſtante quòd in præfata Ciuitate domus dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum conſtitueretur, obtinere, & vt fidelium deuotio, & cultus diuinus ſublatis ſcandalis, & impedimentis quibuslibet feruentiùs augeretur, & creſceret, nobis humilitèr ſupplicatum, quatenus ſibi in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. * Nos huiuſmodi ſupplicationibus tunc inclinati Roſarium præfatum eidem Confraternitati de nouo per alias noſtras in ſimili forma Breuis litteras perpetuò conceſſimus, ipſoſque exponentes dictæ Confraternitatis Confratres, tunc & pro tempore exiſtentes, ſuper præmiſſis per præfatos, ſeù quoſcumque alios quauis autoritate quomodolibet

* Cauſa ſequentis conceſſionis.

Roſarium Confraternitati huic concedit, atque inquietari non poſſe decernit.

dolibet perturbari, inquietari, vel impediri non poſſe,neque debere decreuimus: certis tunc deſuper deputatis executoribus, prout in ſingulis litteris præfatis pleniùs continetur. * Cum autem (ſicut dilecti filij Prior, & Fratres S. Mariæ de Roſario, aliàs de Griptis, aut Annunciatæ, hodie Sanctiſſimi Roſarij nuncupatæ, Scalenſis dicti Ordinis, ac Confratres Confraternitatis eiuſdem Roſarij poſtmodum in Eccleſia dictæ domus inſtitutæ, nobis nuper exponi fecerunt) Ioannes Antonius Tramontanus, Ioannes Antonius de Bonito, & alii exponentes. Primo dicti callidè tacuerunt, quòd modus orandi in dictis litteris noſtris expreſſus Roſarium B. Mariæ Virginis nũcupatus, tanquam à Diuo Dominico dicti Ordinis Fundatore inuentus exiſtebat, & erat peculiaris ipſius Ordinis, * & vbi aliqua domus eiuſdem Ordinis reperiebatur, in eiſdem dumtaxat conſtitui ſolebat, & quatenus per prius in alio loco conſtitutus reperiretur, ſtatim domo dicti Ordinis in eodem loco erecta, ad eamdem domum, & illius Eccleſiam ipſo iure, & de facto cenſeretur trãslatus, quodque quamplures pij, & dictæ B. Virginis deuoti Viri dictæ Ciuitatis ex nobilioribus, ob deuotionem quam erga B. Virginem, & modum orandi, ac Religionem huiuſmodi gerebant; domum præfatam, & illius Eccleſiam ſub dicta inuocatione S. Mariæ de Roſario aliàs de Griptis & Annunciatæ, in dicta Ciuitate erexerunt & autoritate Superiorum in dicta Eccleſia dictus modus orandi, & Confraternitas dicti Roſarij à maiori numero, & nobilitate Virorum dictæ Ciuitatis inſtitutus, & inſtituta reſpectiuè reperiebantur, & eadem de cauſa præfatus Ambroſius Epiſcopus ſtatimque ac domus dicti Ordinis in dicta Ciuitate Scalenſi erecta, ſiue conſtructa fuerat, Roſarium, ſiue modum orandi præmiſſum in dicta Eccleſia S. Martiani de Pon-

Præcedentis conceſſionis, cauſa, ac totius cõtrouerſiæ narratio.

* Confraternitas SS. Roſarij vbicumq; locorum erecta, ad Eccleſias noſtras translata cenſebitur, ſi contigerit in illo loco illas habere.

Pontana vbi dicebatur conceſſum, reuocauerat. Et tibi frater Epiſcope, quatenus in Eccleſia domus huiuſmodi dictum Roſarium, ſiue modum orandi publicare faceres, etiam n e publicaretur in Eccleſia S. Martiani inhiberes, reſcripſerat, tuque frater Epiſcope litteris Ambroſij huiuſmodi receptis mandaueras, & inhibueras. Primo dictis exponentibus, & præfato Alphonſo illorum aſſerto Capellano iuxta dictarum poſteriorum litterarum formam, & tenorem à qua ordinatione, ſiue inhibitione Ioannes Antonius Tramontanus, & alij exponentes primo dicti, (vt dicebatur) appellauerant, & per viam appellationis, ſiue aliàs ad præfatum Archiepiſcopum Amalphitanenſem Metropolitanum recurſum habuerant, & ab eò, ſiue illius Vicario Confratribus ſecundæ dictæ Confraternitatis, & Priore, ac præfatis, non auditis, neque citatis, quoddam decretum extorſerant per quod, vt dicebatur declarauerat dictum Roſarium, ſiue modum orandi in dicta Eccleſia S. Martiani fuiſſe, & eſſe legitimè inſtitutum, quod tamen decretum, & illius effectum, Confratribus ſecundæ dictæ Confraternitatis, ac Priore, & Fratribus præfatis poſtea auditis reuocauerat, ſiue ſuſpenderat, & Ioanni Tramontano, ac alijs exponentibus primo dictis; necnon præfato Alphonſo aſſerto Capellano inhibuerat, ne ſub pœna excommunicationis auderent dictum Roſarium, ſiue modum orandi in dicta Eccleſia S. Martiani publicare, ſeù celebrare: & cum dictus Alphonſus Capellanus in diſſentionē populi dictæ Ciuitatis, non modicum ſcandalum, ac ſpretum dictæ inhibitionis, Roſarium ſiue modum orandi huiuſmodi in dicta Eccleſia S. Martiani publicaſſet, dictus Archiepiſcopus Metropolitanus illū carcerari fecerat. Exponenteſque primo dicti, cum non poſſent alio modo obtinere eorum intentionem

ſugge-

ſuggeſtione dicti Alphonſi aſſerti Capellani tacitis præmiſſis præfatas noſtras litteras non minus ſubreptitiè, quam obreptitiè extorſerint, & poſtea coram Venerabili Fratre Epiſcopo Minorenſi vno ex executoribus in eiſdem noſtris litteris deputatis, confratres ſecundò dictæ Confraternitatis, ac Priorem & fratres prædictos citauerint, & in ſpretum Signaturæ noſtræ ad quam exponentes ſecundò dictæ Confraternitatis recurſum habuerãt proteſtationibus deſuper pro parte ipſorum exponentium, ſiuè Confratrum ſecundæ dictæ Confraternitatis, ac Prioris, & Fratrum huiuſmodi factis, non attentis, & non viſis eorum Iuribus aſſertam ſententiam declaratoriam protulerit, illamque poſtmodum non obſtante appellatione per ipſos exponentes ſiuè confratres ſecundo dictè Confraternitatis; & Priorem ac fratres ab eadem ſententia tanquã nulla, iniqua, & attentata, ad nos, & Sedem Apoſtolicam interpoſita confirmauerit prætendens appellationem præfatã non debere eis concedi, cum in ea non eſſet expreſſa cauſa.* Et ſicut eadem poſterior expoſitio ſubiungebat Roſarium ſiuè modus orandi huiuſmodi legitimè, & Canonicè in Eccleſia dictæ Domus ſit inſtitutus, ac peculiare ſeù peculiaris dicti ordinis exiſtat, vt præfertur, nec conſueuit, nèc expediat ſaluti animarum quod duæ confraternitates in modo orandi adſint in eadẽ Ciuitatè quæ primo dicti exponentes callidè tacuerunt, quodque pro certo habetur, quod ſi præmiſſa expoſuiſſent: Nos præfatas noſtras litteras non conceſſiſſemus, eo quod, hac occaſione Populus deuènit in diſſentionem, & exinde oriri poſſent plura ſcandala, dictaque aſſerta declaratoria Epiſcopi Minorenſis in ſpretum ſignaturæ noſtræ lata fuerit, ijdem confratres ſecundò dictæ Confraternitatis, ac Prior, & Fratres nobis humilitèr ſupplicari fecerunt quatenus in præ-

Quod Roſariũ ſit peculiare Eccleſijs Ordinis Prædicatorum.

O miſ-

miſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Mandat Epiſcopo, & eius Vicario vt Cōfraternitatem in Eccleſia S. Martiani erectam, ad Eccleſiam Ordinis Præd. tráſferat, & ibidē erectæ Cōfraternitati vniat.

Nos igitur qui pacem, & quietem animarum, ſalutem fidelium quorumlibet ſinceris deſiderijs affectamus, & ſcandalis, ne veniant quantum cum Deo poſſumus libenter obuiamus, fraternitati tuæ Frater Epiſcope ſeù diſcretioni tuæ fili Vicarie per præſentes committimus, & mandamus, quattenus confraternitatem Roſarij in dicta Eccleſia Sancti Martiani (vt aſſeritur) erectam, & inſtitutam, ad Eccleſiam Domus Ordinis Prædicatorum huiuſmodi autoritate noſtra prædicta transferas, & illam confraternitati nouiter erectæ & inſtitutæ, in Eccleſia Domus huiuſmodi vnias, ac in eadem Eccleſia præfatæ domus dumtaxat publicare mandes, & facias, illiuſque publicationem, ſiuè celebrationem in Eccleſia S. Martiani etiam ſub cenſuris, & pœnis pecuniarijs arbitrio tuo imponendis inhibeas: nec non ab illius celebratione, & publicatione abſtineri facias, cogas, & cōpellas. Nos enim tibi in omnes, & ſingulos quos opus fuit in decreto, ſiue executione citationis, vigore præſentium decernentes nominamus, etiam per edictum publicum conſtito ſummariè extraiudicialiter de non tuto acceſſu citandi ab illis, & alijs etiam, prout opus fuerit, etiam per ſimile edictum inhibendi, inobedientes, cenſuras & pœnas ipſas incurriſſe declarandos, ipſaſquè cēſuras, & pœnas aggrauandi, nec non auxilium brachij ſecularis inuocandi, & interdictum Eccleſiaſticum apponendi, & quæcunque mandata deſuper opportuna decernendi. Nec non quidquid in præmiſſis decreueris, exequendi, ceteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & eorum ſingulis quomodolibet neceſſaria, vel alias opportuna faciendi, decernendi, & exequendi plenam poteſtatem, & facultatem Appoſtoli-

Inhibeatque ſub pœnis & Cenſuris celebrationem, & publicationem in Eccleſia S. Martiani.

Inobedientes pœnas incurriſſe declaret. &c.

ſtolica autoritate tenore præſentium concedimus, & elargimur; non obſtantibus præmiſſis, nec non Felic: Rec: Bonifacij Papæ Octaui Prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij Generalis de duabus Dietis, dummodo vltra tres, quis vigore præſentium ad iudicium non trahatur, & alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis necnon ſtylo Palatij, ceteriſquè contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum Sub Añulo Piſcatoris die Prima Auguſti 1575. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Bulla III. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Vniuerſis, & ſingulis vtriuſquè ſexus Confratribus nunc, & pro tempore exiſtentibus Confraternitatis Roſarij Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ in Eccleſia S. Dominici fratrum Ordinis Prædicatorum Cremonenſium Canonicè inſtitutæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam veſtram deuotionem, & animarum veſtrarum ſalutē cæleſtibus Eccleſiæ Theſauris pia charitate intenti * vobis omnibus, & ſingulis verè pœnitentibus, & confeſſis, ac comunicatis, qui in prima Dominica cuiuslibet menſis, nec non in ſingulis feſtiuitatibus eiuſdem B. Mariæ Virginis Altare ipſius Roſarij in dicta Eccleſiá ſitum ſingulis annis viſitaueritis, & quilibet veſtrum viſitauerit, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & vnione ac hæreſum extirpatione Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderitis, & quilibet veſtrum effuderit, Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum veſtrorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditèr in Domino concedimus, & elargimur, contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Pe-

* Confratribus confeſſis, & cō municis, Altare Roſarij qualibet prima Dominica Menſis, ac ōnibus feſtiuitatibus Beatæ V. viſitātibus, Indulgentiam plenariam indulget.

trum ſub Annulo Piſcatoris die 12.Martij 1577. Pō-
tificatus Noſtri Anno Quinto.

Bulla IIII Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa XIII. Ad Perpetuam rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Fili Confratres Confraternitatis Roſarij in Eccleſia B. Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe Canonicè inſtitutæ quod ipſi mandato noſtro per litteras in forma Breuis ſub Datum 17. Aprilis 1573. Dominicam primam Octobris annuatim ob memoriam Naualis Victoriæ à Chriſtianis contra Turcas per Dei opem, & auxilium adeptæ ſolemnitèr celebrare ſolent; Propterea nobis humilitèr ſupplicari fecerunt, vt tàm eos, quàm alios Chriſtifideles dies huiuſmodi ſolemni ritu celebrantes aliquo ſpirituali munere proſequi de benegnitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad augendam fidelium deuotionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ Theſaurjs pia charitate intenti, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: * omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui eamdem Eccleſiam dicta Dominica à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis eiuſmodi Dominicæ ſingulis annis in perpetuum deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum Concordia, & vnione, ac hæreſum extirpatione, Santæque Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint Plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditèr in Domino concedimus, & elargimur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die Prima Octobris 1577. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Naualis Victoriæ memoriā refert

Omnib. Chriſtifidelibus verè pœnitentibus. & confeſſis prima Dominica Octobris Indulgētiam Plenariā elargitur.

Bulla

Bulla V. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus Confraternitatis Roſarij Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ in Capella Familiæ de Guidottis ſita in Eccleſia Domus S. Dominici Ordinis Fratrum Prædicatorum Bononienſium Canonicè inſtitutæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam veſtram deuotionẽ, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ Theſauris pia charitate intenti * Vobis omnibus, & ſingulis pœnitentibus, & confeſſis, ac Sanctiſſima Communiõne refectis, qui ſingulis annis ſolemni proceſſioni prima Dominica cuiuslibet menſis in dicta Eccleſia celebrandæ interfueritis, & dictam Capellam deuotè viſitaueritis, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & vnione, ac hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderitis, nec non in ſingulis feſtiuitatibus eiuſmodi B. Mariæ Virginis eãdem Capellam paritèr viſitaueritis, & vt præfertur oraueritis, quo die prædictorum id feceritis, Plenariam omnium peccatorum veſtrorum remiſſionem, & Indulgentiam miſericorditèr in Domino concedimus, contrarijs nõ obſtantibus quibuſcunque * Volumus autem quòd ſi pro tempore contigerit feſtum S. Petronij in prima Dominica Octobris incidere, tunc pro illa vice tantum, Feſtum Roſarij huiuſmodi, proceſſio, & Indulgentia ad ſecundam Dominicam eiuſdem menſis translatæ ſint, & eſſe cenſeantur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 24. Octobris 1577. Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Omnibus Cõfratribus pœnitentibus, et confeſſis ac ſacra ſynaxi refectis qui prima Dominicã cuiuslibet mẽſis Proceſſioni interfuerit &c. Indulgentiam plenariam concedit.

Incidente S. Petronij feſtiuitate in prima Dominica Octobris, eo caſu feſtũ Roſarij, & indulgentia transferatur ad ſecũdam Dominicam, & hoc Bononiæ Solũ.

Bulla VI. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus Confraternitatum Sanctiſſimi Roſarij Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ in Eccleſijs Domorum Fratrum Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Vtriuſque Lombardiæ ritè inſtitutarum, nunc & pro tempore exiſtentibus ſalutem & Apoſtolicã benedictionem * Ad augendam deuotionem veſtram, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ Theſauris pia charitate intenti vobis omnibus, & ſingulis qui verè pœnitentes & confeſſi, in prima Dominica cuiuslibet menſis in dictis Eccleſijs, ſeù earum qualibet Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deuotè ſumpſeritis, & quilibet veſtrum ſumpſerit, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & vnione, ac hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ Exaltatione, pias ad Deum preces effuderitis, & effuderit; Plenariam omnium peccatorum veſtrorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, * quam infirmis quoque dictarum Confraternitatum, qui ad eaſdem Eccleſias, ſeu earum quamlibet accedere nequiuerint, domi ſuæ præuia peccatorum confeſſione, & Sanctiſſima communione ante deuotam aliquã Imaginem, Roſarium, ſeù Coronam, aut ſeptem Pſalmos penitentiales (qui legere ſciunt) deuotè recitantibus, ſuffragari poſſe volumus: contrarijs non obſtantibus quibuſcunque; præſentibus perpetuo valituris. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 8. Nouembris 1578. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

Omnibus, & ſingulis Confratribus Confeſſis, & cõmunicatis qualibet prima Dominica mẽſis &c. Indulgentiam plenariam concedit.

Ad infirmos hic annotata facientes, extẽdit prædictã Indulgentiam

Bulla VII. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius Ad futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus in Eccleſia Domus S. Thomæ Fratrum Ordinis S. Dominici Papienſis; Confraternitas Sanctiſſimi Roſarij B. Mariæ ſemper Virginis, quæ illam Capellam, & Altare nouitèr ædificare, & erigere fecerunt ritè inſtitutæ exiſtat.* Nos, vt ea, maiora in dies ſuſcipiat incrementa, & Animarum Chriſtifidelium ſaluti vberiùs conſulatur, Capellam, & Altare dictæ Confraternitatis benedicentes,* omnibus, & ſingulis vtriuſque Sexus Confratribus die quo dicti Roſarij Capellam, ſeù Altare viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & vnione, ac hæreſum extirpatione, ſanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint centum dies, * & qui proceſſioni per eos debitis diebus faciẽdæ interfuerint, eamque aſſociauerint, etiam centum dies, nec non ad aſſociandum ipſius Sanctiſſimi Roſarij Vexillum, quandò corpora mortuorum Confratrum ad Sepulturam deferuntur iuerint, & Anniuerſarijs pro animabus defunctorum Confratrum celebrandis interfuerint, & ibi vt prefertur, vel alias orauerint, aut Infirmos Confratres, eos ad Eccleſiaſtica Sacramenta capienda adhortando viſitauerint, centum paritèr dies de iniunctis eis, ſeù aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs miſericorditèr in Domino relaxamus.* Præterea tàm dd. Confratribus, quàm omnibus alijs vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ac Sanctiſſima Communione refectis, qui Capellam ſeù Altare dictæ Confraternitatis in 3. Aprilis, & prima Octobris menſium Dominicis; à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis dierum

Capellam, & Altare dictæ Cõfraternitatis benedicit. Omnibus Cõfratribus Capellam ſeu Altare Roſarij Viſitantibus, eo die quo id præſtiterint &c. centum dies de iniunctis penitẽtijs relaxat.

Eidem Indulgentias, conceſſit Proceſſioni intereſsẽtibus. nec non & vexillum Roſarij aſſociãtibus, ac alia opera pia exercentibus.

Præterea Confratribus, ac ceteris Chriſtifidelibus cõfeſſis, & Sacra Communione refectis Altare Roſarij viſitãtibus Dominica 3. Aprilis

huiuſ-

A prima Octobris Indulgētiam plenariā concedit.

huiuſmodi ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi vt præfertur orauerint, quo die prædictorum id fecerint, Plenariam omnium, peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem tenore præſentium concedimus, contrarijs non obſtantibus quibuſcunque, præſentibus Confratribus perpetuò, pro non Confratribus verò dictam Capellam, ſeù Altare, vt præfertur, viſitantibus, ad decennium dumtaxat valituris. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Ianuarij 1579. Pontificatus Noſtri Anno ſeptimo.

Bulla VIII. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Vniuerſis, & ſingulis vtriuſque Sexus Confraternitatum Sanctiſſimi Roſarij Glorioſiſſimę Virginis Mariæ in Eccleſijs domorum Fratrum Prædicatorum Prouinciæ Romanæ ritè inſtitutarum nunc, & pro tempore exiſtentibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam deuotionem veſtram, & Animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ Theſauris pia charitate intenti. * Vobis omnibus, & ſingulis, qui verè pœnitentes, & confeſſi in prima Dominica cuiuslibet menſis in dictis Eccleſijs, ſeù earum quadlibet, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deuotè ſumpſeritis, & quilibet veſtrum ſumpſerit, & ibi pro pace inter Chiſtianos Principes conſeruanda, ac hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderitis, & effuderit, Plenariam omnium peccatorum veſtrorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus * quam infirmi quoque dictarum Confraternitatum, qui ad eaſdem Eccleſias, ſeù earum quamlibet accedere nequiuerint, Domi ſuæ præuia

Vniuerſis Cōfratribus prima Dominica cuiuslibet mēſis confeſſis, & cōmunicatis Indulgētiā Plenariam cōcedit.

Prædictam Indulgentiam infirmis ſuffragari voluit.

uia peccatorum confeſſione ac Sanctiſſima Communione ante deuotam aliquam Imaginem, Roſarium ſeù Coronam, aut Septem Pſalmos, qui legere ſciunt, deuotè recitantibus ſuffragari poſſe volumus, contrarijs non obſtantibus quibuſcunque præſentibus perpetuò valituris. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Auguſti 1579. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

Bulla VIIII. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Paſtoris æterni, qui non vult mortem, ſed Conuerſionem Peccatoris; vices licet immeriti gerentes in Terris cunctos Chriſtifideles præſertim pijs ſodalitatibus ad charitatis, & miſericordiæ opera exercenda ſub Glorioſiſſimæ virginis Mariæ nomine, & vexillo inſtitutis adſcriptos ad deuotionis ſinceritatem erga ſaluatorem, & D. N. Ieſum Chriſtum, cui pro ipſis ab æterna morte redimendis in Ara Crucis immolato, nulla condigna reuerentia, nullusquè ſatis congruus honor, vlla ratione poſſet vnquam exhiberi, per amplius augẽdam Indulgentijs videlicet, & peccatorum remiſſionibus libenter inuitamus, vt exinde ſuorum abolita macula delictorum, promiſſæ redemptionis fructum faciliùs conſequi, & ad ſempiternæ Gloriæ beatitudinem feliciter peruenire mereantur * Itaque de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, ac ſupplicationibus dilecti Filij Antonij de Souſa Procuratoris, & Vicarij Generalis totius ordinis Fratrum Prædicatorum hac in parte inclinati * omnibus & ſingulis vtriuſque Sexus Confratribus

Cauſa Cóceſſionis.

Omnibus Có-

Fratribus vere pœnitentibus Confeſs. & Cōmunic. Capellā Roſarij in feſtis Miſteriorū eiuſdem viſitātibus &c. Indulgentiam Plenariam cōcedit.

bus Confraternitatis Roſarij vbicunque exiſtentibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac communicātibus, qui Capellam Roſarij, ijs diebus quibus feſta myſteriorum eiuſdem Roſarij celebrantur, deuotè viſitauerint, quique proceſſioni, quæ prima Dominica cuiuslibet menſis fieri ſolet, interfuerint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & elargimur * Nec non omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conceſſas alicui, vel aliquibus eiuſdem Roſarij Confraternitatibus ſpecialiter, vel generaliter, & in futurum concedendas, omnibus alijs Confraternitatibus eiuſdem Roſarij vbicunque illæ ſint, communicamus, ac communicatas eſſe declaramus. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiām impreſſis manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Mai 1581. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

Communicat omnes Indulgentias Cōfraternitatibus Roſarij cōceſſas, & concedendas alijs, vbique locorum.

Bulla X. Gregorij XIII.

GREGORIVS Decimus Tertius Pontifex Maximus. Omnium ſaluti Paterna charitate intenti, inter tàm multa pietatis officia, quæ nos pro munere noſtro conuenit exercere, * Sacra interdum loca ſpeciali priuilegio inſignimus, vt inde fidelium Animarum amplius conſulatur * quo circa, vt Eccleſia Domus S. Vincentij alias Annunciationis B. Mariæ loci Racconiſij Fratrum Prædicatorum Taurinenſis Diœceſis, in qua Confraternitas Roſarij Canonicè,

Cauſa conceſſionis. * Concedit Altare Roſarij priuilegiatum.

vt

vt accepimus, inſtituta eſt, ſimili vſque adhuc priuilegio minimè decorata, & in ea Altare eiuſdem Roſarij, quod maius non eſt, hoc ſpeciali dono illuſtretur* Autoritate nobis à Domino tradita concedimus, vt quoties ab aliquo dictæ Domus Sacerdote dũtaxat Miſſa Defunctorũ ad prædictum, vel aliud ſub eadem inuocatione impenſis dilecti Filij Ioannis Baptiſtæ à Sabaudia pro Nobili Viro Carolo Emanuel Sabaudiæ Duce apud Nos, & Sedem Apoſtolicam oratoris ſũptuosè in eadem Eccleſia conſtruendum Altare, quod etiam maius non ſit, celebrabitur pro anima cuiuscũque fidelis dictæ Confraternitatis, quæ Deo in charitate cõiuncta ab hac luce migrauerit, ipſa de Theſauro Eccleſiæ Indulgentiam conſequatur, quatenus D. N. Ieſu Chriſti, & Benedictionæ Virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis ſuffragantibus à Purgatorij pœnis liberetur. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1582. 3. Kal Septẽbris Pontificatus Noſtri Anno XI.

Bulla XI. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Ad futuram rei memoriam. Cupientes ex Paſtorali noſtro officio, & charitate Animarum Chriſtifidelium in ſocietate Roſarij deſcriptorum, qui infirmitatis, aut alio legitimo impedimento detenti proceſſionibus ab ipſa ſocietate fieri ſolitis intereſſe nequeunt ſaluti conſulere: de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli autoritate confiſi * eiſdem vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus in dicta ſocietate, vt præfertur deſcriptis vbilibet conſtitutis, confeſſis, & Sanctiſſima Communione re- Infirmis, & legitime impeditis, confeſſis, & commu-

nicatis proceſſionibus inte reſſe non valētibus, eaſdem Indulgentias tribuit ac ſi interfuiſſent.

fectis, qui propter infirmitatem, aut aliud legitimum impedimentum proceſſionibus prædictis pro tempore à dicta ſocietate de more celebrandis præſentes eſſe nequiuerint, vt Roſarium deuotè recitando, ac alias preces pro Sanctæ matris Eccleſiæ exaltatione & hæreſum extirpatione, ac pace inter Principes Chriſtianos concilianda, & conſeruanda fundendo eaſdem Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequantur, quas conſequerentur ſi ipſis proceſſionibus perſonaliter intereſſent autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus; contrarijs non obſtantibus quibuſcunque: Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 24. Decembris 1583. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

Bulla Sixti V.

B. Mariæ Virginis merita & laudes.

SIXTVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Dum ineffabilia meritorum inſignia, quibus Dei Genitrix B. Virgo Maria Regina Cælorũ glorioſa ſedibus prælata ſydereis, tanquam Stella matutina prærutilat, deuotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, & intra arcana pectoris reuoluimus, quod ipſa vtpote Mater Miſericordiæ, Mater gratiæ & pietatis, humani generis amica & conſolatrix, pro ſalute fideliũ qui delictorũ culpa prægrauãtur ſedula exoratrix, & peruigil ad Regẽ quẽ genuit & maternis lactauit vberibus, intercedit: dignum quin potius debitum arbitramur, vt Eccleſias & Capellas, ac Confraternitates in eius honorem erectas & inſtitutas, gratioſis remiſſionum proſequamur impendijs, ac Indulgentiarum muneribus decoremus, ac per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros eiſdem Confraternitatibus conceſſas Indulgentias, ac priuilegia noſtræ

ſtræ approbationis munimine roboremus, eaſque innouemus, prout ſalubriùs cognoſcimus expedire * Attendentes itaque quàm Religioni noſtræ fructuoſum fuerit Sanctiſſimi Pſalterij Roſarij nuncupati, Glorioſæ ſemper Virginis Mariæ Almæ Dei Genetricis inſtitutum, per Beatum Dominicum Ordinis Prædicatorum Auctorem Spiritu Sancto, vt creditur afflatum, excogitatum : quantaque exinde mundo prouenerint, & in dies proueniant bona, & quod propterea vtriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitates ſub Inuocatione Roſarij eiuſdem B. Mariæ Virginis in diuerſis orbis Eccleſijs, ac Capellis, ac Altaribus canonicè inſtitutæ,* earumque Confratres, & Sorores a quamplurimis, & præſertim Felic. Record. Vrbano Quarto, & Ioanne Vigeſimo Secundo, ac Sixto etiam Quarto, nec non Innocentio Octauo, & Alexandro Sexto, ac Iulio Secundo, & Leone Decimo, ac Adriano Sexto, & Clemente Septimo, & Paulo Terzo, ac Iulio etiam Tertio, ac Paulo Quarto, & Pio Quarto, & Quinto, & poſtremo Gregorio XIII. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ac nonnullis Sedis Apoſtolicæ cum poteſtate Legati de Latere Nuntijs, nedum confirmationem, & augmentum earumdem Confraternitatum, ſed etiam Indulgentias, ac priuilegia, & Indulta merito obtinere meruerint. * Nos dictorum Prædeceſſorum veſtigijs inhærendo, ac eodem, quo ipſi Prædeceſſores noſtri deuotionis affectu diuinitus excitati, nec non dilecti Fili noſtri Michaelis Tituli B. Mariæ ſuper Mineruam Presb: Card: Alexandrini nuncupati, ſupplicationibus inclinati: ſingularum literarum prædictarum tenores, & formas præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, & exemptiones conceſſiones, Indulta, Indulgentias etiam

Roſarium a Beato Dominico inſtitutū.

Sodalitas Roſarij gratias & Indulgentias a multis Pont. obtinuit.

Hic Pontifex omnes gratias Indulg. & indulta confirmat.

Plenarias, & peccatorum remiſſiones, ac relaxationes omnibus,& ſingulis Confraternitatibus dicti Roſarij vbicunque terrarum canonicè inſtitutis, earumque Confratribus, & Sororibus tàm per dictos Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam, ſeù illius Nuntios cum poteſtate Legati de latere cōceſſa,elargità, & confirmata, ac cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulas deſuper confectas litteras predictas, & viue vocis oraculo, aut alias quomodolibet emanatas, autoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illaque omnia & ſingula, prout per ipſos Prædeceſſores noſtros,& aljos prædictos cōceſſa fuerunt,perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiter obſeruari debere decernimus; omneſque & ſingulos, tàm Iuris quàm facti defectus, ſiqui forſan internenerint in eis, ſupplemus. * Et pro potiori cautela omnes, & ſingulas Indulgentias etiam Plenarias, & peccatorum remiſſiones, ac relaxationes, exemptiones,facultates, conceſſiones, aliaque priuilegia, & indulta prædicta, omnibus & ſingulis Confraternitatibus dicti Roſarij in quibusuis Eccleſijs, & Capellis, ac Altaribus vbicunque terrarum canonicè erectis, earumque Confratribus, & Sororibus, nec non Officialibus, & Miniſtris eiuſdem,modo & forma quibus per eoſdem Prædeceſſores noſtros, & dictæ Sedis Nuncios conceſſa fuerunt dicta autoritate Apoſtolica de nouo concedimus, & innouamus, ac omibus & ſingulis Confraternitatum Roſarij huiuſmodi Confratribus, & Sororibus, nunc & pro tempore exiſtentibus ſuffragari debere, eoſque illis perpetuo vti, potiri, & gaudere poſſe decernimus, & declaramus.* Et inſuper vt omnibus, et ſingulis dicti ordinis Fratribus per Magiſtrum, & Vicarium,Generales dicti ordinis Prædicatorum,& eorum quemlibet pro tempore

Potiori cautela innouat omnes Indulgentias.

Facultatem inſtituēdi Cō fraternitates Roſarij concedit Magiſtro,

pore

pore deputandis inquibuſuis Ciuitatibus, oppidis, Terris, & locis vbicuuque exiſtentibus, vt in eorumdem Prædicatorum, vel aliorum Ordinum, Monaſteriorum ſeù Domorum Eccleſijs, Capellis, & Oratorijs & etiam in Secularibus Eccleſijs, in quibus nullæ Confraternitates eiuſdem Roſarij adhuc erectæ exiſtunt. De Superiorum, & ordinariorum licentia Confraternitates eiuſdem Sanctiſſimi Roſarij ad Dei, & eiuſdem B. Virginis laudem, & gloriam erigere, & inſtituere, liberè & licitè poſſint & valeant, plenam & liberam licentiam, & facultatem dicta Apoſtolica autoritate tenore præſentium concedimus; ac poſtquam erectæ fuerint, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs indultis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, conceſſionibus, Indulgentijs etiam Plenarijs, & peccatorum remiſſionibus, ac relaxationibus, & gratijs quibusuis alijs eiuſdem Roſarij Confraternitatibus, earumque Confratribus, ac Sororibus per prædictos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices etiam Prædeceſſores noſtros, ac etiam nos & Sedem prædictam, eiuſque Nuncios, & etiam de latere Legatos hactenus quomodolibet conceſſis, ac concedendis, & quibus Confraternitates huiuſmodi eorumque Confratres, & Sorores quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum pariformitèr, & æqui principalitèr in omnibus, & per omnia, ac perinde ac ſi illi ſpecialiter & expreſſè ac nominati cõceſſa fuiſſent, vti, potiri, & gaudere liberè & licitè poſſint, paritèr concedimus, & indulgemus: Ac priuilegia Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, conceſſiones, Indulgentias, etiam plenarias, vt præfertur conceſſas & conceſſa, ad ipſas confraternitates erigendas, illarumque Confratres, & Sorores pro tempore exiſtentes perpetuò extendimus, &

& Vicario Generali, & per eos deputatis.

ampli-

ampliamus. Vt autem Animarum Chriſtifidelium Cõfraternitatum tàm erectarum, quàm per fratres deputandos huiuſmodi erigendarum eaſdem Confraternitates ingredi volentium ſpirituali conſolationi per amplius conſulatur. De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi * omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Confratribus ſingularum Confraternitatum Roſarij huiuſmodi, tàm hactenus erectarum, quã impoſterum erigendarum, vt præfertur vbicunque nunc, & pro tempore exiſtentibus, & in dictis Confraternitatibus pro tempore deſcriptis, & deſcribendis, itinerantibus, vel nauigantibus, ac ſeruientibus, totum Roſarium: infirmis vero, aut alias legitimè impeditis tertiam eius partem deuotè recitantibus, nec non temporibus debitis, & ab Eccleſia ſtatutis, confitendi, & communicandi firmum propoſitum habentibus, qui Capellam B. Mariæ Roſarij in Eccleſia ipſius B. Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe eiuſdem Ordinis Prædicatorum inſtitutam, vel alias Eccleſias, ſeù Capellas vbicunque dicta Confraternitas canonicè fundata fuerit; ijs diebus, quibus feſta myſteriorum eiuſdem Roſarij celebrantur viſitare, & proceſſioni, quæ prima Dominica cuiuslibet menſis fieri ſolet intereſſe non poterint Plenariam, omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem autoritate, & tenore prædictis concedimus, & elargimur: illiſque omnes & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones etiam plenarias, alijs Confratribus & Sororibus, Capellas, ſeù Eccleſias Roſarij huiuſmodi dictis diebus viſitantibus, ac dictæ proceſſioni interreſsẽtibus ſpecialiter, vel generaliter conceſſas & in futurum concedendas; In omnibus, & per omnia perinde acſi dictas Capellas, ſeù Eccleſias dd. diebus perſonaliter viſitarent, & proceſſionibus huiuſ-

Confratribuſq; alias Indulgẽtias hic annexas concedit.

huiuſmodi intereſſent autoritate , & tenore prædictis communicamus , ac communicatas eſſe ſpecialiter, vel generaliter decernimus, & declaramus; Quia verò difficile foret præſentes litteras ad ſingula quecunque loca , in quibus expediens foret deferri , volumus , & etiam autoritate prædicta Apoſtolica decernimus , quod earum tranſumptis etiam impreſſis , manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis , & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſeù Curiæ Eccleſiaſticæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra , quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Non obſtantibus cōſtitutionibus , & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 30. Ianuarij 1586. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Bulla I. Clementis VIII.

CLEMENS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis , ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Saluatoris , & Domini Noſtri Ieſu Chriſti Dei Patris vnigeniti , illìque conſubſtantialis & æterni , qui , vt genus humanum primi parentis præuaricatione ſempiterna morte damnatum, Patri reconciliaret , & de ſummis Cælorum Sedibus ad huius mundi infima deſcendere , & noſtræ mortalitatis carnem ex caſtiſſimo vtero Virgineo aſſumere , ac poſt huius vitæ curſum ad inſtructionem noſtram peractum , ſeipſum holocauſtum in Ara Crucis pro peccatorum noſtrorum expiatione ipſi patri patientèr offerre dignatus eſt , vices licet immeriti gerentes in terris , gregem ſuum curæ noſtræ diuinitus commiſſum ad viam lucis æternæ quantum cum Deo poſſumus perducere

ſtudemus, & iuxta creditum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium, vniuerſos vtriuſque ſexus Chriſtifideles quorum merita pro demeritis penitus ſint imparia, ad pia, & meritoria opera exercenda, ſpiritualibus muneribus, Indulgentijs videlicet, & peccatorum remiſſionibus inſtanter inuitamus, vt ipſi Chriſtifideles per eorumdem operum exercitium macula ſuorum abolita delictorum ad cæleſtis Gloriæ beatitudinem feliciter peruenire mereanrur, * Cum itaque ſicut accepimus in Eccleſia ordinis FF. Prædicatorum oppidi Diuionenſis, Lingonenſis diœceſis vna pia, & deuota vtriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitas in honorem Sanctiſſimi Roſarij non tamen pro homnibus vnius ſpecialis artis, canonicè inſtituta exiſtat, cuius dilecti filij confratres in diuerſis pietatis, & charitatis operibus ſe exercere conſueuerunt * Nos cupientes, vt ipſa Confraternitas numero Confratrum in dies augeatur, dictique Chriſtifideles ad huiuſmodi, & alia pia opera exercenda eo magis inuitentur, ac Capella ſeù Altare dictę Confraternitatis à Chriſtifidelibus ipſis iugiter veneretur illique ad Capellam, ſeù Altare huiuſmodi eo libentiùs confluant, quo exinde aliquo ſpiritualis gratiæ dono vberiùs conſpexerint ſe eſſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus verè pænitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem ingredientur die primi eorum ingreſſus ſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramētum ſumpſerint, ac tā ipſis, quàm iam ingreſſis Cōfratribus præfatis etiam verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra communione, refectis, pium nomen Ieſu corde ſi ore nequiuerint inuocando, in eorum mortis articulo Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſio-

Cauſa conceſſionis.

Indulgentiam plenariam in die ingreſſus, & in mortis articulo nomen Ieſu proferentibus &c. elargitur.

ſionem autoritate Apoſtolicâ tenore præſentium miſericorditèr in Domino concedimus, & elargimur* Præterea eiſdem Confratribus, qui Diuinis Officijs per illos, ſeù ex eorum ordinatione, & inſtituto in Capella huiuſmodi decantandis, & celebrandis, ac Congregationibus publicis, vel ſecretis pro felici directione dictæ Confraternitatis habendis interfuerint, atque prædictum Sanctiſſimum Sacramentum, dum illud ad aliquem infirmum deferri contigerit aſſociauerint, ac qui legitimè impediti hoc facere nequiuerint, Campanæ ad id ſigno dato, genuflexo, ſi potuerint orationē Dominicam pro eodem infirmo recitauerint, nec non cuiuſcunque Confratris cadauer vſque ad Sepulturam Eccleſiaſticam aſſociauerint vel eos in eorum infirmitatibus viſitauerint, vel conſolati fuerint, ac quinquies orationem prædictam. & toties ſalutationem Angelicam coram Imagine Sanctiſſimi Crucifixi in honorem quinque plagarum Domini Noſtri Ieſu Chriſti pro animabus eorumdem cōfratrum in Chriſti cahritate defunctorum recitauerint, quoties aliquod præmiſſorum fecerint ſexaginta dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, autoritate, & tenore præmiſſis etiam miſericorditèr in Domino relaxamus* Rurſus tàm eiſdem Confratribus, quàm omnibus, & ſingulis alijs prædicti ſexus Chriſtifidelibus ſimilitèr verè pœnitentibus, & confeſſis, ac dicta ſacra communione refectis, qui Capellam, ſeù Altare huiuſmodi in qualibet die prima Dominica menſis Octobris à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis eiuſdem diei deuotè viſitauerint, ac inibi pias ad Deum preces pro Sedis Apoſtolicæ, & fidei Catholicæ exaltatione, ac hæreſum extirpatione, nec non pacis inter Principes Chriſtianos conſeruatione, aut aliàs prout vnicuique ſuggeret deuotio effuderint, quoties id egerint

Præterea hic enarrata pia opera exercentes, 60. dies de iniunctis pœnitentijs relaxat

Rurſus Confratribus Confeſſis & cōmunicatis Capellā Roſarii prima Dominica Octobris viſitātibus &c. Indulg: Plen: concedit -

 rint

rint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, remiſſionem Confratribus perpetuò, ceteris verò non Confratribus præfatis pro primo Anno decennij proximi tantùm, eiſdem autoritate, & tenore ſimiliter in Domino miſericorditèr concedimus, & elargimur. Pro reliquis verò nouem annis eiuſdem decennij ipſis Chriſtifidelibus non Confratribus, vt ſupra viſitantibus & orantibus, ſeptem annos, & totidem quadragenas * & inſuper eiſdem Confratribus, qui paritèr verè pœnitentes, & confeſſi dictum Sanctiſſimum Sacramentum in Pentecoſtes, & aſſumptionis Beatiſſimè, ac Glorioſſiſimæ, ſemperque Virginis Mariæ, nec non omnium Sanctorum, & Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti Feſtiuitatibus, vltra feſtũ Paſchatis Reſurectionis Dominicæ deuote ſumpſerint, ac Capellam, ſeù Altare huiuſmodi viſitauerint, & in eo orauerint vt præfertur, alios ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs autoritate, & tenore ſupradictis paritèr, & miſericorditèr in Domino relaxamus. Præſentibusq; quoad ipſos Chriſtifideles non Confratres Capellam, ſeù Altare huiuſmodi dicta die prima Dominica menſis Octobris vt præfertur viſitantes, ad dictum decẽnium tantum, quo verò ad fratres ſupradictos præmiſſa omnia peragentes, perpetuis futuris temporibus duraturis; volumus autem, quod ſi Confratribus, & alijs Chriſtifidelibus prædictis ratione præmiſſorum, vel alia aliqua Indulgentia perpetuo, vel ad certum tempus non dum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, eædem præſentes nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Anno Incarnationis Dominicæ 1592. Idibus Ianuarij Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Inſuper diebus hic ſpecificatis 7. annos & totidẽ quadragenas relaxat Confratribus Capellam viſitantibus.

Bulla

Bulla II. Clementis VIII.

Confraternitates nominis Dei & Roſarij per Fratres Ordinis Prædicarorum fundatas eſſe narrat, cauſas refert.

CLEMENS Papa Octauus. Ad perpetuã rei memoriam. Cum ſicut accepimus in diuerſis Eccleſijs Chriſtianæ Reipublicæ autoritate Apoſtolica per Fratres Ordinis Prædicatorum fundata ſit Confraternitas nominis Dei & Roſarij, quod ad maiorem Chriſtifidelium deuotionem, & fidei Catholicæ augmẽtum, & ad blasphemiæ, aliorumquè vitiorum extirpationem adinuentum, quod per fratres eiuſdem ordinis Prædicatorum quotidie ad laudem, & gloriam Dei diuulgatur, vt confratres Diuini nominis excellentias, & myſteria contemplari, & meditari facilius poſſint.

Cauſa conceſſionis.

* Nos idipſum feruentiùs, ac deuotiùs in dies fieri cupientes, precibus quoque venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Albani Cardinalis Alexandrini nuncupati dicti Ordinis Protectoris humiliter nobis ſuper hoc porrectis inclinati;

Roſarium dicentibus, pro qualibet vice 7. ãnos de iniũctis pœnitentijs relaxat.

* De omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum eius Petri, & Pauli autoritate confiſi, omnibus dictæ ſocietatis Confratribus prædictum Roſarium deuotè recitantibus, qualibet vice ſeptem annos.

Viſitantibus quinque Altaria cum orationibus hic inſertis ducẽtos dies de iniunctis pœnitentijs relaxat

* Viſitantibus autem quinque Altaria, ſiue quinquies vnum, deuotèque dicentibus pro myſterijs gaudioſis decem vicibus, Ieſu Fili Dauid miſerere mei, cum verſiculo Gloria Patri, vſque in finem; vel alia vice pro myſterijs Paſſionis Chriſti Domini noſtri decem vicibus Ieſu Nazarene Rex Iudeorum miſerere mei, cum Verſiculo Gloria Patri, vſque in finem, & altera vice pro miſterijs Glorioſis, decem vicibus, Ieſu Chriſte Fili Dei viui, cum verſiculo, Gloria Patri vſque in finem, adiungendo ſingulis ſemel orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam; ducentos dies de iniunctis eis, ſeu aliàs quo-

Præterea confeſſis ac Sacra communione refectis Indulgentiam plenariã diebus hic præfixis elargitur.

modolibet debitis pœnitentijs, miſericorditer in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus. * Præterea ijſdem omnibus quindecim myſteriorum Nominis Dei feſtiuitatibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qualibet die earumdem feſtiuitatum plenariam: Nèc non omnibus & ſingulis confratribus, quo die in libro prædictæ Confraternitatis Roſarij, in Domibus Fratrum Prædicatorum deſcribentur, & in eorum cuiuslibet mortis articulo verè etiam pœnitentibus & confeſſis, ac ſacra communione refectis, vel ſi id facere nequiuerint, ſaltem verè contritis, ac nomen Ieſu ore, vel corde piè inuocantibus; Plenariam ſimilitèr omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam miſericorditer in Domino concedimus. * Præterea quoties Diuinis Officijs, aut Congregationibus publicis vel priuatis, in Eccleſia ſeù Capella, vel oratorio dictæ Confraternitatis celebrandis, proceſſionibus per eaſdem Confraternitates de licentia ordinariorum faciendis, interfuerint Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, dum proceſſionaliter ad infirmos defertur religioſè comitati fuerint, mortuos ad Eccleſiaſticam ſepulturam aſſociauerint, infirmos viſitauerint, pacem inter inimicos compoſuerint, aut aliud pietatis opus peregerint ſexaginta dies de iniunctis, vt ſupra pœnitentijs relaxamus. Præſentibus quo ad non Confratres vſque ad decennium valituris. Volumus autem, vt ſi aliàs Chiſtifidelibus dictæ Confraternitatis Capellam, ſeù oratorium viſitantibus, aliquam aliam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum, duraturam conceſſerimus; præſentes ſic conceſſæ, nullæ ſint. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 2. Februarij 1598. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Rurſus ſexaginta dies de iniunctis pœnitentijs relaxat, hic relata opera pia exercentibus.

Bulla

Bulla III. Clementis VIII.

CLEMENS Papa Octauus. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ineffabilia Glorioſæ Virginis Dei Genitricis Mariæ meritorum inſignia deuotæ conſiderationis indagine perſcrutantes, & intra mentis arcana reuoluentes quod ipſa caſtiſſimo eius Vtero, prout ſtatus noſtri neceſſitas exigebat, humanæ ſalutis Autorem protulit, & apud eum quem maternis lactauit vberibus, ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione preces effundere non ceſſat, dignum quin potius debitum reputamus, vt in honorem ſui nominis dictas Eccleſias, & inſtitutas Confraternitates, gratioſis remiſſionum & Indulgentiarum muneribus decoremus. * Cum itaque ſicut accepimus in Eccleſia Conuentus S. Pauli Vallis-oletani Ordinis Prædicatorum, ad quam dilectus Filius Frater, Didacus Aluarez dicti ordinis & Theologiæ magiſter ſingularem gerit deuotionis affectũ, ab aliquot annis Confraternitas quædam ſub inuocatione Dominæ noſtræ de Roſario nnncupatæ, cuius dilecti filij Confratres ſingulari deuotione erga B. Virginem ducti, conuenire ſolent ad Antiphonam, Salue Regina, quæ ſingulis diebus poſt completorium in dicta Eccleſia de more ſolemniter canitur, quibuſdã vero diebus ſolemnibus deuotiùs, & frequentiùs aſſiſtunt, inſtituta ſit, & Confratrum huiuſmodi deuotione alij Chriſtifideles plurimum in Domino excitantur. * Nos cupientes, vt pium hoc inſtitutum magis in dies augeatur, & ipſi Chriſtifideles eo libentiùs accedant, & Populi deuotione erga eamdem B. Virginem inardeſcant, quo ex dono cæleſtis gratiæ vberiùs ſe refectos conſpexerint; De omnipoten-

Cauſa Conceſſionis.

Omnibus Chriſtifidelibus Antiphonæ Salue Regina intereſſẽtibus 50. dies. Confratribus vero 100. dies

tis

tis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ſeù ſtatutis à Iure temporibus, firmum confitendi propoſitum habentibus, qui præfatæ Antiphonę, interfuerīt quoties id fecerint, quinquaginta; confratres vero centum dies *In feſtiuitatibus autem eiuſdem Beatiſſimæ Virginis, nèc non Apoſtolorum, & Sanctorum dicti ordinis, & quando ſecundum Statuta dictæ Cōfraternitatis ipſi Confratres cum cereis accenſis tenentur adeſſe, eiſdem Confratribus vt præfertur interreſſentibus, tres annos & totidem quadragenas de iniunctis eis aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs Apoſtolica autoritate tenore præſentium miſericorditèr in Domino relaxamus. *Præterea, quia die Dominica infra octauas Natiuitatis eiuſdem B. Virginis ipſi Confratres ſolemniter feſtiuitatem huiuſmodi celebrare volunt; eiſdem Confratribus verè pœnitentibus & confeſſis, qui eadem die, annis ſingulis Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum perceperint, & Altiſſimo Preces pro vniuerſalis Eccleſiæ & Romani Pontificis ſtatu fuderint, Indulgentiam Plenariam ſuorum peccatorum, autoritate & tenore præſentis concedimus. Reliquis vero Chriſtifidelibus non cōfratribus præfatæ ſolemnitati intereſſentibus, verè pœnitentibus & confeſſis, ſeptem annos, & totidem quadragenas; illis autem, qui pro dicta ſolemnitate ornandis Altaribus, vel Eccleſiæ præparandæ vacauerint, ſiuè ornamenta ad Diuinum cultum pertinentia miſerint, centum dies. *Infirmis vero, mulieribus grauidis, & alio legitimo impedimento detentis, qui prædictam Antiphonam flexis genibus coram Altari, vel Imagine eiuſdem Dei Genitricis deuotè recitauerint, Confratribus ſeù alijs Chriſtifidelibus reſpectiuè, pro

In feſtiuitatibus B. V. Apoſtolorum, & SS. Ordinis, Confratribus cum cereis accenſis intereſſentibus 3. annos, & totidē quadragenas.

Dominica infra octauas Natiuitatis Indulgentiam Plenariam Confratribus cōfeſſis & Cōmunicatis concedit.

Reliquis Chriſtifidelibus nō Confratribus &c: 7. annos & totidem quadragenas. Vacantibus in ornandis Altaribus, ſeu ornamenta ad Diuinum cultum pertinentia mittentibus 100. dies. Infirmis verò

vt ſuperius dicitur; Indulgentias præfatas conceſſas: & inſuper Confratres præfatos quando infirmabuntur, viſitantibus, vel eorum corpora cum ab humanis deceſſerint, ad dictam Eccleſiam aſſociantibus; tres annos, & totidem quadragenas ſimiliter de iniunctis eis, aut aliàs debitis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus. * Ipſis autem Confratribus in Articulo mortis conſtitutis, & Sacramenta Eccleſiaſtica ſuſcipientibus, ac Eccleſiæ Romanæ fidem profeſſis, qui Antiphonam prędictam recitantes eidem Beatiſſimæ Virgini ſe commendauerint, Plenariam omnium delictorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem autoritate, & tenore præſentis miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. præſẽtibus quoad Cõfratres perpetuis tẽporibus quo ad alios verò, vſque ad decennium dũtaxat valituris. Volumus autẽ vt ſi alijs Chriſtifidelibus dictã Eccleſiam eodem die viſitantibus, aliquam aliam Indulgẽtiam perpetuò vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſimus, præſentes nullæ ſint. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 12. Februarij 1598. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

impedimento legitimo, aut alio detentis prædictam Antiphonam recitantibus, Indulgentias ſupra relatas cõcedit.

Confratribus in articulo mortis &c prædictam Antiphonam recitantibus B. V. ſe commendantibus, Indulgẽtiam plenariá conceuit.

Bulla IIII. Clementis VIII.

CLEMENS Papa Octauus. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ineffabilia Glorioſæ Virginis Dei Genitricis Mariæ meritorum inſignia, deuotæ conſiderationis indagine perſcrutantes, & intra mentis arcana reuoluentes, quòd ipſa caſtiſſimo eius vtero, prout ſtatus noſtri neceſſitas exigebat, humanę ſalutis autorẽ protulit, & apud eum quem maternis lactauit vberibus ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione preces effundere non ceſſat, dignum

quin potius debitum reputamus, vt in honorem ſui nominis dicatas Eccleſias, & inſtitutas Confraternitates gratioſis remiſſionum & Indulgentiarum muneribus decoremus.

Conceſſionis cauſa.

* Cum itaque ſicut accepimus in Eccleſia Conuentus S. Petri Martyris de oppido de Medina de Rioſecō Palētinæ Diœceſis Ordinis Prædicatorum, ad quam dilectus Filius Frater Didacus Aluarez dicti ordinis, & Theologiæ magiſter ſingularem gerit deuotionis affectum, ab aliquot annis Confraternitas quædam ſub Inuocatione Dominæ Noſtræ de Roſario nuncupatæ cuius dilecti Filij confratres ſingulari deuotione erga B. Virginem ducti, conuenire ſolent ad Antiphonam Salue Regina, quæ ſingulis diebus poſt completorium in dicta Eccleſia de more ſolemniter canitur, quibuſdam vero diebus ſolemnibus deuotiùs, & frequentiùs aſſiſtunt, inſtituta ſit, & Confratrum huiuſmodi deuotione alij Chriſtifideles plurimum in Domino excitantur.

Omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus Confeſsis Antiphonæ Salue Regina intereſsētibus 50. dies, Confratribus vero centum dies deiniunctis eis pœnitentijs relaxat.

* Nos cupientes vt pium hoc Inſtitutum magis in dies augeatur, & ipſi Chriſtifideles eo libentiùs accedant, & Populi deuotione erga eamdem B. Virginem inardeſcant, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ vberiùs ſe refectos conſpexerint, de omnipotentis Dei miſericordia, ac B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius, autoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ſeù Statutis à Iure temporibus firmum confitendi propoſitum habentibus, qui præfatæ Antiphonæ interfuerint, quoties id fecerint, quinquaginta; Confratres veo centum dies.

In feſtiuitatibus vero B. V. nec non Apoſtolorum, & SS. Ordinis, Confratribus tres annos & totidem quadragenas relaxat.

In feſtiuitatibus autem eiuſdem Beatiſſimæ Virginis, nec non Apoſtolorum, & Sanctorum dicti ordinis, & quando ſecundum Statuta dictæ Confraternitatis ipſi Confratres cum cereis accenſis tenentur adeſſe: eiſdem Confratribus, vt præfertur intereſſentibus, tres annos, & totidem quadra-

dragenas de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs Apoſtolica autoritate tenore pręſentium miſericorditèr in Domino relaxamus. *Præterea, quia die Dominica infra octauas Natiuitatis eiuſdem B. Virginis ipſi Confratres ſolemniter feſtiuitatem eiuſmodi celebrare volunt, eiſdem Confratribus verè pœnitentibus & confeſſis, qui eadem die annis ſingulis Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum perceperint, & Altiſſimo preces pro vniuerſalis Eccleſiæ, & Romani Pontificis ſtatu fuderint, Indulgentiam plenariam ſuorum peccatorum autoritate, & tenore præſentis concedimus; * Reliquis vero Chriſtifidelibus non confratribus præfatæ ſolemnitati interreſſentibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ſeptem annos & totidem quadragenas, illis autem, qui pro dicta ſolemnitate ornandis Altaribus, vel Eccleſiæ præparandæ vacauerint, ſiuè ornamenta ad Diuinum cultum pertinentiã miſerint, centum dies, infirmis verò, mulieribus grauidis, & alio impedimento legitimo detentis, qui prædictam Antiphonam flexis genibus coram Altari, vel Imagine eiuſdem Dei Genitricis deuotè recitauerint, Confratribus, ſeù alijs Chriſtifidelibus reſpectiuè, prout ſuperius dicitur Indulgentias præfatas conceſſas, & inſuper Confratres præfatos, quando īnfirmabuntur viſitantibus, vel eorum corpora cum ab humanis deceſſerint ad dictam Eccleſiam aſſociantibus tres annos, & totidem quadragenas ſimilitèr de iniunctis eis, aut aliàs debitis pœnitentijs miſericorditèr in Domino relaxamus. Ipſis autem Confratribus in articulo mortis conſtitutis, & ſacramenta Eccleſiaſtica ſuſcipientibus, ac Eccleſiæ Romanæ fidem profeſſis, qui antiphonam prædictam recitantes, eidem Beatiſſimæ Virgini ſe commendauerint, plenariam omnium delictorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem autoritate, &

Omnibus Cōfratribus confeſſis ac Sacra communione refectis Dominica infra octauam Natiuitatis B. V. Indulgentiam plenariam cōcedit.

Ceteris vero Chriſtifidelibus confeſſis præfatæ ſolemnitati intereſſentibus 7. annos, & totidē quadragenas tribuis.

R 2 teno-

tenore præſentis miſericorditèr in Domino concedimus, & elargimur. Præſentibus quo ad confratres perpetuis temporibus, quo ad alios verò vſque ad decennium dumtaxat valituris. Volumus autem, vt ſi alijs Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam eòdem die viſitantibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſimus, præſentes nullæ ſint. Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 12. Februarij 1598. Pontificatus Noſtri Anno VII.

Bulla I. Pauli V.

PAVLVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Piorum hominum Confraternitates, præſertim Deiparæ Virginis nómine, ac patrocinio conſpicuas præcipuis ſpiritualium gratiarum muneribus libentèr inſignimus, vt gratijs huiuſmodi Chriſtifideles in dies magis ad eiuſdem B. Virginis cultum, & venerationem inuitentur: * Proinde volentes nos Confraternitates canonicè inſtitutas ſub Inuocatione eiuſdem B. Virginis Roſarij in quacunque mundi parte exiſtentis ac dilectos filios illius Confratres & conſorores, quæ ſicut accepimus Dominica prima menſis cuiuslibet, Chriſtifidelium frequentia, celebrem, ac ſolemnem proceſſionem ex eorum Eccleſijs, Capellis, vel oratorijs ad Virginis eiuſdem commemorationem piè peragere ſolent, ſpeciali aliquo munere decorare. Supplicationibus quoque dilecti filij Marci de Mattenſio totius ordinis S. Dominici Procuratoris Generalis nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, * omnibus Confratribus, & cõſororibus dd. Confraternitatum verè pœnitentibus & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui prædictæ proceſſioni ipſa prima Dominica cuiuſlibet

Conceſſionis cauſa.

Ijs qui interſunt Proceſſioni Indulgentiam plenariã largitur.

libet menſis in qualibet ex ipſis Eccleſijs Capellis, vel oratorijs peragendæ interfuerint, & pro Chriſtianorum Principum Concordia hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum præces effuderint plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditèr in Domino concedimus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod ſi aliàs dd. Confratribus, & Conſororibus præmiſſa peragentibus aliqua alia Indulgentia perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, illæ nullæ ſint. Datũ Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Aprilis 1608. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Bulla II. Pauli V.

PAVLVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Cum olim Feljc: Rec: Clemens Papa Octauus Prædeceſſor noſter ad tollendos nonnullos abuſus, qui in communicandis Indulgentijs, & Priuilegijs Confraternitatibus, dum erigebantur, inſtituebantur, ſeù aggregabantur à Superioribus Ordinum Religionum, & inſtitutorum, nec non ab officialibus Archiconfraternitatum, & Congregationum reſpectiuè irrepſerant, per ſuam perpetuam valituram Conſtitutionem inter cætera decreuiſſet, vt omnes ceteras Confraternitates nouas erectionum, Inſtitutionum, & Aggregationum formas, quibus nouæ etiam Indulgentiæ concedebantur, & conceſſæ renouabantur ab Apoſtolica Sede acciperent infra certum tempus tam expreſſum prout in eiuſdem Clementis litteris plenius continetur. *Nos in executionem dictæ conſtitutionis, & mentis prædicti Clementis Prædeceſſoris, compluribus Confraternitatibus nouas Indul-

Reuocat Indulgentias Sãctiſſimi Roſarij, & alias concedit.

dulgentias & priuilegia concedentes, antea conceſſas reuocauimus, inter quas etiam ſupplicationibus dilectorum filiorum officialium & Confratrum Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarij in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam fratrum Prædicatorum de Vrbe inclinati, tàm dictæ Confraternitati, quàm omnibus alijs Confraternitatibus eiuſdem Sanctiſſimi Roſarij, omnes, & quaſcunque alias Indulgentias à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris eiſdem Cõfraternitatibus conceſſas reuocantes, certas alias nouas Indulgentias, quibus in poſterum vterentur, conceſſimus, & indulſimus, prout in noſtris in ſimili forma Breuis deſuper confectis litteris pleniùs etiam continetur. * Cum autem ſicut dilectus Filius Auguſtinus Galaminus Magiſter Generalis dicti Ordinis Prædicatorum occaſione Capituli Generalis Romæ nuper celebrati nomine complurium diuerſarum nationum eiuſdem Sanctiſſimi Roſarij Confraternitatum nobis nuper expoſuit, quod cum ipſis Confraternitatibus prædictis minimè ſupplicantibus, ſed neſcientibus, & nil prorſus tale cogitantibus quippe qui dicti Sanctiſſimi Roſarij Confraternitates, dum canonicè inſtituuntur Indulgentiam communicatione minimè indigeant, ſed ipſo iure vigore priuilegiorum Apoſtolicorum illas nanciſcantur, huiuſmodi noua conceſſio, & reuocatio Indulgentiarum impetrata fuerit. Idcirco nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt deſuper prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. * Nos igitur, qui iuſtis, & pijs fidelium votis pro muneris noſtri debito annuere tenemur, ipſum Generalem Magiſtrum, & Confratres prædictos à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innoda-

Nouæ conceſſionis cauſa.

Omnes Indulgentias a ſuis Prædeceſſoribus conceſſas ſuffragari indulget.

nodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore conſentes, illoſque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes eorumdem ſupplicationibus inclinati litteras noſtras prædictas, quarum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, harum ſerie ad terminos Iuris reducimus, nec non Confraternitatibus omnibus vbique locorum exiſtentibus canonicè tamē inſtitutis Sanctiſſimi Roſarij huiuſmodi, vt ijſdem Indulgentijs à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris conceſſis, prout ante noſtras dictas litteras, & non aliàs vtebantur, fruebantur, & gaudebant, vti frui, & gaudere liberè, & licitè valeant, ac illis ſuffragentur in omnibus, & per omnia perindè ac ſi dictæ litteræ non emanaſſent concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non regula noſtra de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Septembris 1608. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Primum Breue Alexandri VII.

ALEXANDER Papa Septimus. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam fidelium Religionem & animarum ſalutem, cæleſtibus Eccleſiæ Theſauris pia charitate intenti * omnibus Omnibus vtri

bus

uſque ſexus Chriſtifidelibus horam Roſarij facientibus Indulgentiam Plenariã largitur ad ſeptenium.

bus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitētibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui hora ſibi aſſignata Roſarium B. Mariæ Virginis deuotè recitauerint, & pro Chriſtianorum Principum concordia. hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ, exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam ſemel in anno dumtaxat omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, præſentibus ad ſeptennium, quo vero ad Indias ad 15. annos tantum valituris. Volumus autem, quod ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeu publicatione præſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint eo ipſo, quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, ac perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Ianuarij 1663. Pontificatus noſtri Anno Octauo.

Breue II. Alexandri VII.

Cauſa prohibitionis.

ALEXANDER Papa Septimus ad futuram rei memoriam. In ſupremo militantis Eccleſiæ ſolio meritis licèt imparibus per ineffabilem Diuinæ bonitatis abundantiam conſtituti, * exortas inter Religioſos Viros controuerſias opportunis rationibus dirimere ſtudemus, ſicut in Domino conſpicimus ſalubritèr expedire. Itaque dilectum Filium Procuratorem Generalem Ordinis Prædicatorum ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis,

nis,

nis, & interdicti alijſque Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum. Harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes. Supplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. * De Venerabilium Fratrum noſtrorũ S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum conſilio, autoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus ad fauorem dilectorum filiorum Fratrum dicti ordinis Prædicatorum Toloſæ commorantium non licere dilectis pariter filijs Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruantia nuncupatorum, minuſque Confraternitati in eorum Eccleſia magni Conuentus erectæ ſub titulo Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Immaculatæ, illiuſque Confratribus facere proceſſionem prima Dominica cuiuslibet menſis, nec poſſe prædictos Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruantia nouum Roſarium ſub titulo Seraphici, aut Nouem Nouendarum, vel alterius rationis inducere, prædicare, & docere, nec in Litanijs B. Virginis aliquid innouare, Tabellã exponere, in qua Beatiſſima Virgo Dei Mater det Roſarium Sanctis Franciſco, & Claræ, prout etiam præfata omnia fieri prohibemus, & ſeruari mandamus. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabilitèr obſeruari, ſicque in præmiſſis per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcientèr vel ignorantèr contigerit attentari. Non ob-

Non licere Fratribus Frãciſcanis, minuſque Confratribus Conceptionis B. V. Immaculatæ facere proceſſionem prima Dominica cuiuslibet menſis, nec Roſarium nouum inducere, nec in litanijs aliquid innouare, nec tabellam exponere in qua B. V. det Rosarium Sanctis Franciſco, & Claræ, declarat.

S   ſtan-

ſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt earumdem præſentium litterarum trãſumptis, ſeù exemplis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 28. Mai 1664. Pontificatus noſtri Anno X.

Breue III. Alexandri VII.

ALEXANDER Papa Septimus. Ad futuram rei memoriam. Alias nos omnibus Vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis qui hora ſibi aſſignata Roſarium B. M. Virginis deuotè recitaſſent; & pro Chriſtianorum Principum concordia hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent plenariam ſemel in Anno dumtaxat omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditèr in Domino conceſſimus, prout in litteris deſuper in forma Breuis expeditis pleniùs continetur. * Cum autem ſicut nobis nuper exponi fecit dilectus filius modernus Generalis Fratrum Ordinis Prædicatorum Indulgentiã prædictam etiam ad animas fidelium defunctorum per modum ſuffragij extendi poſſe ſummopere deſideret. * Nos ſupplicationibus dicti moderni Generalis Nobis ſuper hoc humilitèr porrectis inclinati Indulgentiam prædictam animabus fidelium defunctorum, quæ Deo in charitate coniunctæ ab hac luce migra-

Cauſa Conceſſionis.

Ho: ã Roſarij faciẽtibus animabus fidelium Defunctorum Indulgẽtiam plenariã

migrauerunt per modum Suffragij applicari poſſe Apoſtolica autoritate tenore præſentium Seruata tamen in omnibus, & per omnia in reliquis prædictarum litterarũ forma, indulgemus: in contrarium facien: non obſtantibus quibuſcunque. Præſentibus ad tempus in litteris huiuſmodi præſcriptum tãtum valituris. Volumus autem, quod ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeù publicatione præſentiũ aliquid vel minimum detur, aut ſpontè oblatum recipiatur præſentes nullæ ſint, quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum in Arce Gandulphi ſub Annulo Piſcatoris die 21. Octobris 1666. Pontificatus Noſtri Anno XII. per modum Suffragij poſſe applicari indulget.

Breue IIII. Alexandri VII.

ALEXANDER Papa Septimus. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut nos aliàs acceperamus in diuerſis orbis Chriſtiani partibus pia ergo S. Dominicum Ordinis Fratrum Prædicatorum fundatorem, & Roſarij B. Virginis Mariæ autorem, deuotio inducta fuiſſet, prout in ipſum de præſenti etiam viget, qua permulti Chriſtifideles tertijs ferijs 15. hebdomadarum in anno peccata ſua confiteri, & Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum ſumere, nec non ipſa tertia feria, aut die illam immediatè antecedente ieiunare conſueuiſſent; nos vt tunc de cetero pium opus huiuſmodi feruentiùs fructuoſiùſque perageretur, ac ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccle- Conceſſionis cauſa

 ſiæ

Omnibus Chriſtifidelibus quindecim ſærijs 3. Confeſſis, & Cõmunicatis centum dies de iniunctis pœnitẽtijs relaxat ad ſeptennium,

ſiæ Theſauris pia charitate intenti, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, qui tunc de cetero verè pœnitentes, & confeſſi in aliqua dicti ordinis Eccleſia, prædictis ferijs tertijs Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum deuotè ſumpſiſſent, & inibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ Exaltatione, pias ad Deum preces effudiſſent, quoties id egiſſent centum dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Eccleſiæ conſueta ad ſeptẽnium tunc proximum Apoſtolica autoritate relaxamus, prout in noſtris in ſimili forma Breuis deſuper expeditis litteris vberiùs continetur, nunc verò dicti ſeptennij finis inſtat. Nos propterea eaſdem Indulgentias, & pœnitentiarum relaxationes de nouo concedimus, extendimùs, & à fine dicti ſeptennij ad aliud Septennium Apoſtolica autoritate tenore præſentium prorogamus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadẽ prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris die 2. Maij 1663. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Clemens Papa IX.

AD Perpetuam Rei Memoriam. Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius Ioannes Baptiſta de Marinis magiſter Ordinis Prædicatorum quòd dudum fel: rec: Paulus Papa tertius prædeceſſor noſtèr omnibus, & ſingulis vtriuſquè ſexus Chriſtifidelibus in Regnis Hiſpaniarũ degentibus, qui Roſarium

ſeu pſalterium Beatæ Mariæ Virginis integrum deuotè recitaſſent, vt omnes & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes,coronam eiuſdem B. Mariæ Virginis recitañ conceſſas conſequerentur, autoritate Appoſtolica in perpetuum conceſſit. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat prædictus Ioannes Baptiſta Magiſter Generalis eaſdem Indulgentias ad Confratres Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarij in Indijs charisſimo in Chriſto Filio noſtro Carolo Hiſpaniarum Regi Catholico ſubiectis degentes per nos extendi ſummopere deſiderat. Nos pijs ipſius Ioannis Baptiſtæ Magiſtri Generalis votis hac in re fauorabiliter annuere volentes;eumquè à quibusuis excommunicationis,Suſpeñ, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, ceñ, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis,ſi quibus quomodo libet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium tantum cõſequendũ,harum ſerie abſoluẽñ,& abſolutum fore cẽſentes, ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Omnibus & ſingulis Confratribus, & Conſororibus Confraternitatum Sanctiſsimi Roſarij huiuſmodi in Indijs dicto Carolo Regi ſubiectis erectarum, & in futurum erigendarum qui Roſarium, ſeu Pſalterium B. M. V. integrum recitauerint, vt eas omnes & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remisſiones, ac pœnitentiarum relaxationes conſequantur quas conſequerẽtur Chriſtifideles in Regnis Hiſpaniarum degẽtes qui coronam eiuſdem B.M.V. recitant Apoſtolica autoritate tenore præſentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Non obſtañ noſtra,& Cancellariæ Apoſtolicæ regula de non concedendis Indulgentijs ad inſtar,alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſ-

buſcunque. volumus autem, vt præſentium litterarum tranſumptis ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonę in Eccleſiaſtica dignitate cõſtitutæ munitis, eadẽ fides adhibeatur, quæ præſẽtibus adhiberetur ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 22. Februarij. 1668. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

I. G. Sluſius.

Bulla Gregorij XIII. qua recitantibus Coronellam in honorem SS. Nominis Mariæ a B. Iordano Secundo Generali Ordinis Fratrum Prædicatorum Magiſtro compoſitam, centum dies Indulgentiæ nec non vtriuſque ſexus Shriſtifidelibus dum recitatur intereſſentibus concedit. &c.

GREGORIVS Papa XIII. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quæ Chriſti Fidelibus Spiritualis cauſa fiunt & in Dei Sanctorumque eius præſertim Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ honorem tendunt non ſolum libenter audire, ſed etiam gratijs augere debemus. Cum igitur in Eccleſijs Monaſteriorum Ordinis Fratrum Prædicatorũ quinque Pſalmos cum quinque Antiphonis ſecundum ordinem & numerum litterarum ex quibus Sanctiſſimum Mariæ nomen conficitur apto tempore & præcipua cum deuotione recitari ſolitum eſſe, & quaſi Pſalmorum Coronam eidem Glorioſiſſimę Matri Dei offerri accepimus. Nos ad pietatem religionemque

Cauſa conceſſionis.

Religioſis Or-

que

que huiuſmodi augendam omnibus eiuſdem Ordinis Religioſis Pſalmos antiphonaſque prædictas recitantibus, & etiam Chriſtifidelibus vtriuſque ſexus eidem orationi deuote interreſſentibus quo die id fecerint centum dies de iniunctis ſibi pœnitentijs autoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in Domino relaxamus. Dat. Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 11.Decembris 1584, Pontificatus Noſtri anno decimo tertio.

dinis, coronellam recitantibus, ac etiam vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus eidem intereſſētibus centum dies de iniunctis pœnitentijs relaxat.

Decretum S. Congregationis Rituum.

IVribus hinc inde deductis maturè diſcuſſis S. Rituum Congregatio ad Relationem Eminentiſſimi Cardinalis Aſtallij cenſuit Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarij autoritate ordinaria erectam in Collegiata S. Laurentij Maioris Ciuitatis Mediolanenſis, omnino erigi debere a Generali ordinis Prædicatorum die 9. Aprilis 1661.

I. Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Sachettus.

Franciſcus Maria Febeus.

Locus ✝ Sigilli.

Gratis etiam quoad Scripturam

Auditoris Cameræ ſententia.

PALVTIVS Palutius Albertonius Protonotarius Apoſtolicus vtriuſque Signaturæ SS. D. N. Papæ Referendarius, nec non Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius &c. Vniuerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Theſaurarijs, Sacriſtis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Eccleſiarum, Canonicis, Parochialiumque Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, ceteriſque Præsbiteris, & Clericis, Notarijs quoque, & Tabel-

bellionibus quibuſcunque, illique, vel illis &c. Salutem in Domino &c. Noueritis quod lite, & cauſa coram nobis introducta inter RR. Fratres S. Euſtorgij Mediolanen. Ordinis Prædicatorum, ac Venerab. Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarij in eadem Eccleſia erectam ex vna, & DD. Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ S. Laurentij Maioris eiuſdem Ciuitatis, nec non Confratres, & ſocietatem ſub eadem inuocatione Sanctiſſimi Roſarij ibi autoritate ordinaria fundatã reos conuentos de, & ſuper exequutione Decreti Sac. Congregationis Rituum ſecum ferentis dictam erectionem Sanctiſſimi Roſarij Autoritate ordinaria erectam in dicta Collegiata. S. Laurentij, omninò erigi debere à Reuerendiſs. Generali Ordinis Prædicatorum, ex aduerſo principales partibus ex altera, in eaque præuia monitione cum inſertione dicti Decreti per Nos ad partes emanato, ibique legittimè ſupraſcriptis aduerſarijs intimato, & in actis Iudicialiter reproducto, exhibitiſque Iuribus, & ſcripturis ad cauſam, & negotium huiuſmodi facientibus, citatoque hic in Curia per vnum ex SS. D. N. PP. Curſoribus, vt moris eſt D. Stephano Menato ex aduerſo Procuratore dict. Præpoſiti, Canonicorum, & Confratrum, viſiſque, videndis, ac conſideratis conſiderandis, Nos ſeù potiùs Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Areoſtus Noſter in Ciuilibus Lñs ſuam protulit diffinitiuam Sententiam huiuſmodi ſub tenore. Chriſti nomine inuocato pro Tribunali ſedentes, ſolumque Deum præ oculis habentes per hanc noſtram diffinitiuam Sententiam, quam de Iuriſperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis coram nobis in prima inſtantia vertentibus inter RR. Fratres Sancti Euſtorgij Mediolanen Ordinis Prædicatorum, & Venerab. Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarij in eadem Eccleſia erectam ex vna,

&

& DD. Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ S. Laurentij Maioris eiuſdem Ciuitatis, nec non Confratres, & Societatem ſub eadem inuocatione Sanctiſſimi Roſarij, ibi autoritate ordinaria fundatam partibus ex altera de, & ſuper executione Decreti Sac. Congregationis Rituum ſecum ferentis dictam erectionem Sanctiſsimi Roſarij autoritate ordinaria erectam in dicta Collegiata Sancti Laurentij omnino erigi debere à Reuerendiſſimo Generali Ordinis Prędicatorum, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac diffinitiuè ſententiamus Ordinarium non potuiſſe erigere ſupraſcriptam ſocietatem in Eccleſia S. Laurentij Maioris ſub inuocatione Sanctiſſimi Roſarij, ſed illius erectionem, & fundationem omninò fieri debuiſſe, & deberi à Reuerendiſs. Gennerali Ordinis Prædicatorum, talemque erectionem ab Ordinario factam, fuiſſe & eſſe nullam, & inualidam, nulliuſque roboris, & momenti, & proindè illius vigore non licuiſſe neque licere Confratribus, ſiue DD. Præpoſito, et Canonicis Collegiatæ S. Laurentij peragere functiones fieri ſolitas per Societatem Sanctiſſimi Roſarij erectam, & fundatam in dicta Eccleſia S. Euſtorgij, mandatumque, & mandata quęcumque deſuper neceſſaria decernenda, & relaxanda fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, & pro decretis, & relaxatis haberi volumus, & mandamus, Victumque Victrici in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Iure impoſterum reſeruamus, & ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & diffinitiuè ſententiamus, non ſolum modo prædicto, ſed, & omni alio meliori modo &c. Ità pronũciaui Ego Azo Areoſtus Locumtenens; Poſtque ad vlteriorem inſtantiam, & requiſitionem eorumdem RR. Fratrum, & Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarij in Eccleſia S. Euſtor-

ſtorgij erectę procedentes,reproducta coram Nobis, & per acta infraſcripti noſtræ Curiæ Notarij ſubſcripta præinſerta ſententia legitimè eiſdem Præpoſito, & Canonicis S. Laurentij, nec non Confratribus, & ſocietati prædictæ autoritate ordinaria erectæ, intimata cum relatione illius intimationis, & notificationis eodem D. Stefano Menato ex aduerſo Procuratore par. per vnum ex SS. D. N. PP. Curſoribus cit. ad docendum paruiſſe præinſertæ noſtræ ſententiæ, Nos, ſeù potiùs Locumtenens noſter præfat. niſi infra viginti dies poſt præſentium intimationem in partibus facien. etiam per affixionem ad Valuas Eccleſiæ Cathedralis, & illis elapſis eoſdem Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ S. Laurentij Maioris Mediolani, nec non Confratres, & ſocietatem ſub eadem inuocatione Sanctiſſimi Roſarij ibi autoritate Ordinaria fundatā in Iuris ſubſidium excommunicatur, & declaratur, & litteras declaratorias decernen. & relaxan. fore, & eſſe duximus,prout facta dicta intimatione, & effluxis dictis diebus viginti excommunicamus, declaramus, & litteras declaratorias decernimus per præſentes quo circa vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum tenore præſentium committimus, & mandamus quatenus niſi infrà viginti dies à die intimationis facien. in partibus, etiam per affixionē ad valuas Eccleſiæ Cathedralis, dicti Præpoſitus, Canonici, & Confratres non paruerint, & elapſa dicta vigeſima die eoſdem Præpoſitum, Canonicos, & Confratres excommunicatos in veſtris Eccleſijs, Monaſterijs, & Capellis infrà miſſarum, ac aliarum diuinarum horarum ſolemnia coram Populo Fideli inibi ad diuina audienda congregato, ac vbi, & quando, ac toties, quoties opus fuerit palam, & publicè alia, & intelligibili voce nuncietis, & publicetis eos

que

que vti tales ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitetis, & ab alijs nunciari, publicari, ac citari faciatis, curetis, & mandetis, pro vt nos harum ſerie mandamus; à præmiſſis non deſiſtentes donec dicti Præpoſitus, & Canonici, & Confratres antedicto Decreto, ac præinſertæ Sententiæ omninò paruerint, beneficiumque abſolutionum huiuſmodi, quod Nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus, legitimè meruerint obtinere in præmiſſis. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex AEdibus noſtris Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo tertio indictione prima, die vero vigeſima ſecunda menſis Septembris. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina prouidentia Papæ Septimi Anno eius Nono.
Signat. A. Areoſtus Locumtenens.
Subſcript. Pro D. Alcide Octauiano Not.
Franciſcus Serantonius Conot. Et Sigillat. &c.

HIC Autoritate Apoſtolica RR. Præpoſitus, & Canonici Collegiatæ S.Laurentij Maioris Mediolani, nec non Confratres ſub inuocatione Sanctiſſimi Roſarij eiuſdem Ciuitatis, ob non paritionem Decretorum Sac. Congregationis Rituum, & ſententiæ ſuperinde pronunciatæ, excomunicati Declarantur, Et denunciantur, & alias prout in actis infraſcripti Notarij, inſtantibus RR. Fratribus S. Euſtorgij Mediolani Ordinis Prædicatorum, ac Venerabili Confraternitate Sanctiſs. Roſarij in eadem Eccleſia S. Euſtorgij erect. Principalibus, ſiue &c.
Signat. A. Areoſtus Locumtenens.
Subſcript. Pro D. Alcide Octauiano Not.
Franciſcus Serantonius Conot. Et Sigillat. &c.
In Angulo, Litteræ Declaratoriæ.
In alio Angulo, Lib. mem. fol. 129.

Decretum Sacræ Congregationis ad fauorem Conuentus S. Dominici de Bugella, nec non Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarij eiuſdem Ciuitatis.

CVM conqueſti fuiſſent in S. Congregatione Cardinalium negotijs Regularium Præpoſita Fratres Ordinis Prædicatorum loci de Biella, quòd Epiſcopus Vercellen., ſub prætextu quod ipſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum exponerent abſque eius licentia, & Proceſſiones facerent extra ambitum proprij Conuentus, ingrediendo fines Parochiæ Curatorum illius loci ſine eorum licentia, ac impedirent ne Procuratores Confraternitatis Sanctiſſimi Roſarij in ipſorum Eccleſia erectæ, coram ipſo redderent rationes ſuæ adminiſtrationis, rebuſque alijs &c. eidem Confraternitati Interdictum appoſuiſſet, Fratres ipſos ab audien. Confeſſionibus Sacramentalibus, à celebratione Miſſarum, & concionandi facultate ſuſpendens, inhibendo eiſdem Fratribus, & Confratribus, ne auderent in poſterum Coronam Sanctiſſimi Roſarij in eorum Eccleſia recitare; Proceſſiones extra ambitum ſui Conuentus dirigere, & facere; perſonis tàm Secularibus, quàm Eccleſiaſticis vtriuſque ſexus, ne ſub pœna Interdicti eleemoſynas eiſdem Fratribus attribuant; neue ipſi tam in loco præfato, in quo ipſorum Ordinis Conuentus exiſtit, quàm in alijs locis ſuæ Diœceſis eleemoſynas ipſas quærant; Eadem S. Congregatio, viſa relatione eiuſdem Epiſcopi, auditis partibus & negotio maturè diſcuſſo, ad relationem Eminentiſſimi Cæſarini, cenſuit, reſtituendum eſſe, prout tenore præſentis Decreti reſtituit præfatis Fratribus facultatem audiendi Confeſſiones, concionandi Quadra-

dragesimalis ieiunij tempore per turnum iuxta ſolitum in eorum Eccleſia, Miſſas tàm in propria, quàm in alijs Eccleſijs, & Oratorijs approbatis celebrandi, ac preces Sanctiſſimi Roſarij publicè recitandi, aliaque Societati præfatæ conceſſa, priuatiuè quoad alias Societates eiuſdem nominis, in eodem loco poſtea erectas, exercendi; *& tàm in prima Dominica Octobris, quàm in alijs Dominicis, & Feſtis diebus Proceſſiones facere extra ambitum eorum Eccleſiæ, & Conuentus, abſque alia licentia Parochorum, quorum Parochiæ fines ingrediuntur, ſtante conſuetudine hucuſque abſque contradictione per eos obſeruata*; nec potuiſſe, nec poſſe *ab Epiſcopo*, ſeu eius Officialibus prohiberi, quominus in loco præfato, & alijs ſuæ Diœceſis vbi habent Conuentus, eleemoſynas quærant; ſed tamen ſi extra loca, vbi ipſorum Ordinis Conuentus exiſtunt, quæritare voluerint, teneri ſuorum Superiorum licentiam Epiſcopo oſtendere; ac demum reuocandam, prout reuocat prohibitionem factam, ne eiſdem ſub pœna Interdicti eleemoſinæ atribuantur. Et ſic inpoſterum obſeruari debere mandat, & præcipit: præmiſſis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque non obſtan. Romæ Die 18. Maij 1640.

Fr. Antonius Card. S. HONVFRII.

Locus ✝ Sigilli.

L. Archiepiſcopus Theb. Secretarius.

Forma

Forma Abſolutionis, ſeu Indulgentiæ impartiendæ Confratribus Roſarij in Articulo Mortis.

DIcto Confiteor, Pater Spiritualis dicat miſereatur &c. Indulgentiam &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus Filius Dei viui qui Beato Petro Apoſtolo ſuo dedit poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, per ſuam pijſſimam miſericordiam recipiat confeſſionem tuam, & remittat tibi omnia peccata quæcunque, & quomodocunque in toto vitæ decurſu commiſiſti, de quibus corde contritus, & ore confeſſus es, reſtituens tibi ſtolam primam, quam in baptiſmate recepiſti; & per Indulgentiam plenariam à Summis Pontificibus Innocentio Octauo, & Pio V. Confratribus Sanctiſſimi Roſarij in Articulo mortis conſtitutis conceſſam, liberet te à præſentis, ac futuræ vitæ pœnis, dignetur Purgatorij cruciatus remittere, portas Inferi claudere, Paradiſi ianuam aperire, teque ad gaudia ſempiterna perducere per Sacratiſſima ſuæ vitæ, Paſſionis, & Glorificationis myſteria Sanctiſſimo Roſario comprehenſa. Qui cum Patre, & ſpiritu Sancto Deus vnus viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Benedictio Roſariorum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Domine exaudi &c.

℟.

℟. Et clamor meus &c.
℣. Dominus Vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens, & miſericors Deus; qui propter eximiam charitatem, qua dilexiſti nos Filium tuum Vnigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum de Cælis in terram deſcendere, & de Beatiſſimæ Virginis Mariæ Dominæ noſtræ vtero Sacratiſſimo Angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti, vt nos eriperes de poteſtate Diaboli obſecramus immenſam clementiam tuam, vt hæc ſigna Roſarij in honorem, & laudem eiuſdem Genitricis Filij tui ab Eccleſia tua fideli dicata bene ✝ dicas, & Sācti ✝ fices, eiſque talem infundas virtutem ſpiritus Sancti, vt quicunque horum quodlibet ſecum portauerit, atque in Domo ſua reuerentèr tenuerit & in eis ad te ſecundum eiuſdem Sanctæ Societatis inſtituta, Diuina contemplando myſteria deuotè orauerit, ſalubri & perſeueranti deuotione abundet, ſitque conſors & particeps omnium gratiarum, priuilegiorum, & Indulgentiarum quæ eidem Societati per Sanctam Sēdem Apoſtolicam conceſſa fuerunt, ab omni hoſte viſibili, & inuiſibili, ſemper, & vbique in hoc ſeculo liberetur, & in exitu ſuo ab ipſa Beatiſſima Virgine Maria Dei Genitrice, tibi plenus bonis operibus præſentari mereatur, Per eumdem &c.

Deinde aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio Candelarum Societatis Roſarij

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.

℣. Dominus Vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS,

DOmine Ieſu Chriſte lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum effunde per interceſſionem Virginis Mariæ matris tuæ,& per quīdecī eius Roſarij miſteria bene✝dictionem tuam ſuper hos cereos,& candelas,& Sanctifica eas lumine tuæ gratiæ; & concede propitius, vt ſicut hæc luminaria igne viſibili accenſa,nocturnas depellunt tenebras, ita corda noſtra inuiſibili igne, ac Spiritus ✝ Sancti Splendore illuſtrata omnium vitiorum cæcitate careant, vt puræ mentis oculo cernere ſemper poſſimus, quæ tibi ſunt placita, & noſtræ ſaluti vtilia: quatenus poſt huius ſeculi caliginoſa diſcrimina ad lucem indeficientem peruenire mereamur. Qui viuis &c.
Deinde aſpergantur aqua benedicta.

Benedictio Roſarum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEus Creator, & Conſeruator generis humani, dator gratiæ ſpiritualis,& largitor æternæ ſalutis benedictione tua Sācta bene✝dic has Roſas, quas pro gratijs tibi exoluendis cum deuotione, ac veneratione Beatæ ſemperque Virginis Mariæ Roſarij hodie tibi præſentamus, & petimus benedici, & infun-

di

di in eis per virtutem Sãctæ Cru✝cis Benedictionem Cæleſtem: vt qui eas ad odoris ſuauitatem, & repellendas infirmitates humano vſui tribuiſti, talem ſignaculo Sanctæ Cru ✝ cis Benedictionem accipiant, vt quibuſcunque in infirmitatibus appoſitæ fuerint, ſeu qui eas in Domibus ſuis portauerint ab infirmitate ſanentur. Diſcedant Diaboli, contremiſcant, & fugiant pauidi cum ſuis miniſtris de habitationibus illis ne amplius tibi ſeruientes inquietare præſumant. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ Filiũ tuum, qui tecũ viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſecula ſeculorũ. Amen. Deinde aſpergantur aqua benedicta.

Reuerendiſſimi P. Generalis littera.

NVper mandauimus pro maiori deuotione Beatiſſimæ Virginis Mariæ ſpecialis noſtri Ordinis Fratrum Prædicatorum Protectricis, ſtrictioris que ſilentij obſeruantia firmiori, vt in ſingulis diebus poſt Cœnam vel Collationen dicto Completorio factoque iàm ſigno ad ſilentium, omnes Religioſi conueniant in ſuis Conuentibus, & Moniales in ſuis Monaſterijs ad locum vbi ſecundum conſuetudinem, horæ matutinæ eiuſdem B. Virginis recitantur, et ibidem ea deuotione qua decet recitent illam præfatam ſalutationem ſeu Coronellam a B. Iordano compoſitam, & eidem Beatiſſimæ Virgini acceptiſſimam, ſub illa forma quæ infra refertur & in horis minoribus officij eiuſdem B. Virginis habetur: addẽdo in fine Reſponſorium. O ſpem miram &c. cum Antiphona, ſalua nos Domine Vigilãtes &c. & collectis; Deus qui Eccleſiam tuam B. Dominici &c. & viſita quæſumus Domine habitationem iſtam: quibus dictis ſuperior aqua benedicta aſpergat Religioſos intonantes ſimul & dicentes Aſperges me Domine &c. ipſoſque ſimul proſtratos Benedicat dicendo, Be-

 nedi-

nedictio Dei &c. quo peracto vnuſquiſque recipiat ſe in Cellam ſuam.

Hæc eſt forma recitandi dictam Coronellam vti iam obſeruatur in omnibus fere Conuentibus noſtri Ordinis.

CONgregatis igitur omnibus Religioſis cuiuslibet Conuentus Ordinis ad locum vbi recitantur horæ matutinæ B: Virginis : genibus flexis viciſſim recitatur primo Aue Maris Stella, deinde ſalutatio Angelica quæ ad ſingulos pſalmos qui ſequuntur præmitti debet, dicto poſtea alternatiue quolibet Pſalmo cum Gloria Patri, ſimul ab omnibus recitatur Antiphona quæ ad ſingulos Pſalmos ſequitur, & hic refertur *Hymnus*.

Aue Maris Stella &c.

Aue Maria gratia &c. Sancta Maria &c.

Pſal. Magnificat &c. Antiphona Maria Virgo ſemper lætare quæ meruiſti Chriſtum portare &c.

Aue Maria gratia &c. Sancta Maria &c.

Pſal. Ad Dominum cum tribularer clamaui &c. Antiphona. Alma Redemptoris Mater &c.

Aue Maria gratia &c. Sancta Maria &c.

Pſal. Retribue ſeruo tuo Viuifica me &c. Hic pſalmus terminatur per verſum. Nam & Teſtimonia tua &c. Gloria Patri &c.

Antiphona. Recordare Virgo Mater &c.

Aue Maria &c. S. Maria &c.

Pſal. In cõuertendo Dominus &c. hoc Pſalmo dicto ſimul dicant.

Inuiolata intacta, & caſta es Maria &c.

Aue Maria &c. Sancta Maria &c.

Pſal. Ad te leuaui oculos meos &c. quo pſalmo dicto; dicant ſimul.

Aue ſtella Matutina peccatorum medicina &c.

Aue Maria &c. Sancta Maria &c.
Maria Mater Gratię.
Gloria tibi Domine &c.
℣. Salue Maria Mater pietatis.
℟. Et totius Trinitatis nobile triclinium.
Deinde ſuperior dicat.
℣. Sit nomen Mariæ benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſeculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat
℣. Dominus Vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEus qui Glorioſam matrem tuam nominari Mariam voluiſti, concede quæſumus, vt qui dulce Mariæ nomen implorat, perpetuum ſentiant tuæ benedictionis effectum. Qui viuis, & regnas &c.
Deinde omnes ſimul dicant ò ſpem miram.
Superior dicat. Ora pro nobis B. P. Dominice.
℟. Vt digni efficiamur &c.

Oremus.

Deus qui Eccleſiam tuam B. Dominici &c.
Poſtea ſimul dicunt Antiphonam Salua nos Domine vigilantes &c.
℣. Cuſtodi nos Domine, vt pupillam oculi.
℟. Sub vmbra alarum tuarum protege nos.

OREMVS.

VIſita quæſumus Domine &c. qua dicta, omnes ſimul dicant Aſperges me Domine Hyſopo, & mundabor: Lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericor-

diam tuam. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.
℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Dominus Vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

EXaudi nos Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat; protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo per Chriſtum Dominum noſtrum.

Interim duo, Religioſi incipiunt. Aſperges me Domine, & reliqui proſequuntur. Superior aſpergit illos aqua benedicta, quibus aſperſis, & poſtea ſtatim proſtratis recipiunt benedictionem à Superiore dicente. Benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Ipſi reſpondent. Amen.

Indulta, variaque Encomia, data & conceſſa a ſummis Pontificibus Confraternitati Sanctiſſimi Roſarij.

SIxtus IV. in ſua Bulla quæ incipit. *Ea quæ ex fidelium &c* teſtatur quod antiquus & pius modus orandi quo ſcilicet ad honorem Dei & Beatæ Virginis, contra imminentia mundi pericula centies quinquagies Salutatio Angelica, & ſingulis decem ſalutationibus oratio Dominica recitatur, iàm in Britannia & alijs pluribus locis, creſcente fidelium deuo-

deuotione, renouatur: quem dumtaxat ritum in hac eadem bulla ad inſtantiam Ducis & Duciſſæ Britaniæ, aliorumque plurimorum fidelium ſupplicationem approbat & confirmat.

Alexander Epiſcopus Foroliuieñ. Legatus a latere Sixti IV. in Germania, in ſuis litteris Apoſtolicis quæ incipiunt *Et ſi Glorioſos &c.* teſtatur quod ſingulari Virginis, & huius Confraternitatis deuotione commotus voluit & petijt in eam admitti & adſcribi, ſupplicationique & precibus Sereniſſimi Friderici III. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Maxime inclinatus; autoritate Apoſtolica illam Confraternitatẽ approbauit, cõfirmauit, & ratificauit.

Leo X. in ſua Bulla *Paſtoris æterni &c* hanc Confraternitatem antiquam, iàm renouatam approbat, confirmat, & innouat, pijs ſupplicationibus inclinatus plurimorum fidelium maxime vero Ducis & Duciſſæ Iuliacenſis ac Marchioniſſæ Brandeburgenſis.

Eadem Bulla indulget quod pro receptione ad hanc Confraternitatem nihil omninò temporale exigi debet; ſponte tamen oblata recipi poſſunt.

Item indulget quòd Indulgentiæ & gratiæ conceſſæ Confratribus Sanctiſſimi Roſarij nullattenus comprehenduntur nec vnquam comprehendi debent ſub cuiuſuis ſimilium vel diſſimilium Indulgentiarũ facultatum, Conceſſionum, & gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, vel modificationibus etiam pro anno Iubilæi vel quacumque de cauſa, vt hæc omnia apparent in hac ſua bulla ſub fine, incipiendo ab his verbis. *Ad quod omnes*.

Clemens VII. in ſua Bulla quæ incipit *Ineffabilia &c.* Indulget quòd quilibet Confratrum Roſarij declinans ad aliquem locum interdicto ordinaria autoritate ſuppoſitum; poſſit ibi, ſi ſit Sacerdos, ſecretò tamen, ſiue clauſis ianuis, celebrare aut per alium

Sacer-

Sacerdotem celebrare facere in ſua & familiarium, domeſticorumque præſentia, & ſi contingat illum mori in illo loco interdicto, poſſit ſepeliri in loco ſacro cum modeſta funerali pompa, dummodo tamen huiuſmodi interdicto cauſam non dederit vel per illum ſtet quominus obſeruetur.

Item ſub fine huius Bullæ indulget quòd Indulgentiæ, & gratiæ Confratribus Roſarij conceſſæ nullo modo comprehenduntur in clauſulis reuocatorijs ſeu derogatorijs etiam in fauorem Iubilęi conceſſis.

Idem Pontifex in ſua bulla incipiente. *Et ſi Temporalium &c.* hæc dicit in laudem & honorem huius Sanctiſſimæ Confraternitatis. Conſiderantes igitur quam Religioni noſtræ ſalubre, ac fructuoſum fuerit Roſarij inſtitutum, quantaque exinde prouenerint & quotidie proueniant bona, quamobrem tum Clerici, tum Laici, tàm maſculi quàm fœminæ ad tantum deuotionis feruorem deuenerint quòd Deus & ipſa Virgo (ad cuius honorem fuit originaliter inſtitutum) eoſdem non ſolum gratijs decorare, verum etiam miraculis, & ſignis quamplurimis illuſtrare non dedignatur.

Et Paulo inferius hæc inſuper dicit: Nos igitur Prædeceſſorum Veſtigijs inhærendo motu ſimili, ac eodem deuotionis affectu diuinitus excitati, dictam Confraternitatem, Indulgentias, & Priuilegia omnia per prædeceſſores præfatos eidem ſocietati quomodolibet conceſſa, approbamus, confirmamus, & roboramus; firmum ac robur perpetuum habere Volumus & intendimus.

Pius V. in ſua bulla quæ incipit *Iniunctum* indulget Fratri Ambroſio Saluio de Balneolo Ordinis Fratrum Prædicatorum Sacræ Theologiæ Profeſſori, ac inſigni Prædicatori, vita & moribus probato, vt vbique Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarij cum ſua

parti-

particulari Capella ſiue Oratorio inſtituat, ad inſtar Cõfraternitatis Roſarij huiuſmodi erectæ in Eccleſia ſuper Mineruam de Vrbe, & in illa Capella, ſiue Capellis, Capellanum ſiue Capellanos idoneos ad nutum amouibiles, & per ordinarios approbandos, qui inibi laudibus diuinis deſeruiant,conſtituat.

Inſuper indulget quòd huiuſmodi Capellæ ſiue Oratoria nunquã in beneficia Eccleſiaſtica tam Apoſtolica quàm ordinaria poſſunt,neque debent erigi:

Idem Pontifex in ſua Bulla, quæ incipit *Inter deſiderabilia &c.* indulget & ſtatuit quòd nulli licet Cõfraternitatem Roſarij, nec Capellam eius erigere in quacũque Eccleſia ſiue loco præter Magiſtrum Generalem Ordinis Fratrum Prædicatorum aut ab eo deputatos.

Idem, indulget quòd nihil a quoquam debet perſolui huiuſmodi Cõfraternitati pro ingreſſu in illam, ſiue alia quauis de cauſa.

Item per eamdem Bullam indulget quòd confratres Roſarij poſſunt ad quaſuis proceſſiones accedere, & in quibus corpora defunctorum ad ſepelliendum deferentur, cum eorum inſignijs ſeu vexillis,cuiusuis etiam ſuperioris licentia minime requiſita.

Diſtrictiùs inhibet quibuſcunque perſonis ne eoſdem Generalem Fratrum Prędicatorum,ſeu deputandos ab eo ſuper erectione ſocietatum huiuſmodi in quibuſcunque locis facta vel facienda;neque eoſdem Confratres ſuper exercitio piorum operum & inceſſu ad Proceſſiones cum delatione ſigni eorum, audeant moleſtare.

Idem Pontifex Pius V. in ſua Bulla quæ incipit *Conſueuerunt* in laudem huius Sanctiſſimæ Confraternitatis teſtatur & declarat quòd Sanctus Dominicus Spiritu Sancto afflatus, modũ hunc facilem & omnibus peruium, ac admodum pium orandi & precan-

di Deum, Roſarium ſeu Pſalterium Beatiſſimæ Mariæ Virginis nuncupatum, excogitauit, excogitatumque per Sanctę Romanæ Eccleſiæ partes propagauit, orandique modo prædicto per Aſſeclas Sancti Dominici; Fratres ſcilicet Ordinis Prædicatorum diuulgato, cæperunt Chriſtifideles his meditationibus accenſi, his precibus inflammati, in alios Viros repente mutari, hæreſum tenebræ remitti, & lux Catholicæ fidei aperiri & ad hanc orandi formam pro locorum diuerſitate ſodalites per Ftatres eiuſdem Ordinis ad hoc a ſuis Superioribus legitime deputatos inſtitui, & Confratres in eis deſcribi.

Inſuper concedit per hanc ſuam Bullam, & indulget, quòd Confratres Roſarij ad id deputati omnia & ſingula, oblationes, & legata, ſeù donationes, aut aliàs quouis modo ſiue in teſtamento, ſiue in codicillis, aut alia vltima vel inter viuos voluntate illis relicta & erogata; quæcumque, quodcumque, quotieſcunque, etiamſi ſpeciali nota digna ſint: percipere exigere, leuare, & in Confraternitatum huiuſmodi pios vſus conuertere, etiam ordinarij loci, aut cuiuſuiś alterius licentia deſuper minime petita libere, & licitè poſſint.

Gregorius XIII. in ſua Bulla quæ incipit *Monet Apoſtolus &c.* teſtatur & declarat Sanctum Dominicum Ordinis Prædicatorum inſtitutorem, dum Gallia & Italia a perniciofis præmerentur hæreſibus, ad iram Dei placandam, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ interceſſionem implorandam: pijſſimum orandi modum Roſarium dumtaxat eiuſdem Beatiſſimæ Virginis inſtituiſſe.

Item aduertens, *Vt ait*, quòd die ſeptima quæ tunc prima fuit Dominica Octobris, Confraternitates Roſarij iuxta earum laudabilia inſtituta & conſuetudines, per vniuerſum orbem proceſſionaliter inceden-

cedentes & pias ad Deum preces effundentes per interceſſionem Beatiſſimæ Virginis ad illam celeberrimam Chriſtianorum Victoriam contra Turcas conſequendam multum profuiſſe piè credendum eſt: ideo vt huius ingentiſſimi beneficij Anniuerſaria memoria in perpetuum vbique terrarum haberetur proprio motu & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernit, vt de cetero perpetuis futuris temporibus qualibet die prima Dominica Octobris per vniuerſi orbis partes in Eccleſijs in quibus Altare vel Capella Roſarij fuerit, ab omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus feſtum ſolemne ſub nuncupatione Roſarij ſub duplicis maioris officio ad inſtar aliarum ſolemnium feſtiuitatum celebretur & ſanctificetur, eademque die officium de Beatiſſima Virgine nouem lectionum more Eccleſiaſtico perſoluatur & recitetur.

Idem Pontifex in ſua Bulla incipiente *Dudum &c.* Indulget & declarat quod cum hæc Confraternitas Sanctiſſimi Roſarij ſit a S. Dominico inuenta, eſt ſui Ordinis Prædicatorum particularis; ita vt vbi aliqua domus eiuſdem ordinis reperitur, in eadem conſtitui ſolet, & quatenus per priùs in aliquo loco conſtituta reperirietur, ſtatim ad eãdem domum Fratrum Prædicatorum ibi nouiter erectam & illius Eccleſiam ipſo iure & de facto cenſetur translata.

Idem Pontifex per ſuam Bullam quæ incipit *Paſtoris æterni &c*, indulget quòd omnes Indulgentiæ conceſſæ alicui vel aliquibus eiuſdem Roſarij Confraternitatibus ſpecialiter vel generaliter & in futurum concedendæ: omnibus alijs Confraternitatibus Roſarij vbicumque exiſtentibus communes ſunt & communicatæ.

Sixtus V. in ſua Bulla quæ incipit *Dum ineffabilia &c.* attendens, inquit, quam Religioni Catholicæ

fructuoſum fuerit Sanctiſſimi Roſarij inſtitutum, per Beatum Dominicum Ordinis Fratrum Prædicatorum autorem Spiritu Sancto afflatum, excogitatum; quantaque exinde mundo prouenerint & in dies proueniant bona, & quod propterea Confratres Roſarij multas Indulgentias, ac indulta merito a ſuis prædeceſſoribus obtinuerint, ſpecialiter ab Vrbano IV. Ioanne XXII. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. Adriano VI. Clemente VIII. Paulo III. Iulio III. Paulo IV. Pio V. & Gregorio XIII. Ideo prædeceſſorum ſuorum veſtigijs inhærendo, ac eodem (vt ait) quo ipſi deuotionis affectu diuinitus excitatus, omnes huiuſmodi Indulta, & Indulgentias ipſis Confratribus conceſſas perpetuo confirmat, & ea de nouo concedit.

Item idem Pontifex indulget vt omnes & ſinguli Fratres eiuſdem Ordinis Fratrum Prædicatorum per Magiſtrum vel Vicarium Generalẽ dicti Ordinis deputandi in quibusuis Ciuitatibus, Oppidis, Terris & locis vbicunque exiſtentibus in eorumdem Prædicatorum vel aliorum ordinum, Monaſteriorum, ſeu domorum Eccleſijs, Capellis, & Oratorijs & etiam in ſecularibus Eccleſijs, de ſuperiorum, & Ordinariorum licentia Confraternitates eiuſdem Sanctiſſimi Roſarij erigere, & inſtituere liberè & licitè poſſint, & poſtquam erectæ fuerint, omnibus, & ſingulis Priuilegijs, & indulgentijs, alijs eiuſdem Roſarij Confraternitatibus earumque Confratribus, & Consororibus quomodolibet conceſſis, & concedendis vti, & gaudere poterunt, ac ſi illis ſpecialiter & expreſsè ac nominatim conceſſæ fuiſſent.

Paulus V. per ſuam Bullam incipientem *Cum olim &c.* indulget quòd Confraternitates Sanctiſſimi Roſarij vbique locorum exiſtentes Canonicè tamen inſtitutæ, omnibus Indulgentijs a Romanis Pontifici-

bus

bus Prædeceſſoribus ſuis vti, frui, & gaudere liberè & licitè poſſint.

Alexander VII. in ſuo breui quod incipit *In ſupremo &c.* dato Romæ 28. Maij 1664. prohibet Fratribus Minoribus, necnon Confratribus Confraternitatis Cõceptionis Beatæ Virginis erectæ Tholoſæ in eorum Eccleſia, Proceſſionem facere prima Dominica cuiuslibet Menſis, ipſis inſuper præcipit, ne de cetero nouum Roſarium ſub titulo Seraphici, aut nouem nouendarum, vel alterius rationis inducant, prædicent, vel doceant: nec in Litanijs Beatæ Virginis aliquid innouent, nec tabellam exponant in qua Beata Virgo det Roſarium Sãctis Franciſco & Claræ.

Item in ſuo breui incipiente *Cum ſicut &c.* declarat Sanctum Dominicum eſſe autorem Roſarij Beatæ Virginis.

BVLLÆ
A Summis Pontificibus conceſſæ in fauorem Confraternitatis Sanctiſſimi Nominis Dei.

Bulla I. Pÿ IV.

PIVS Papa IV. Ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum Nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium nos admonet, vt animarum ſaluti quantum cum Deo poſſumus etiam multiplicatis gratijs omni ratione conſulamus.* Hodie ſiquidem per nos accepto quòd in Burgenſi, & pluribus alijs Hiſpaniarum Ciuitatibus, & alijs locis vna ſaluberrima Confraternitas ſub vocabulo Nominis Ieſu inſtituta erat, cuius Confratrum partes potiſſimum eſſent diligenter cauere, ne vel ipſi, vel alij coram eis aliquo modo, niſi ob cauſam grauiſſimam iurarent, & contrafacientes modeſtè admonerent, quodque ipſi Confraternitati plurimi Chriſtifideles ſe conſcribi fecerant, quorum opera, & ſtudio blasphemiæ, periuria, & aliàs illicita iuramenta, commodè prohibebantur, nos vt ipſa Confraternitas in maiori ſemper reuerentia habeatur & Chriſtifideles eo libentiùs illam ingrediantur, quo ipſa amplioribus decorata ſpiritualium gratiarum donis, & Apoſtolicis fuerit ſuffulta priuilegijs. * De omnipotẽtis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi omnibus, & ſingulis dictæ Confraternitatis vbiuis terrarum, & locorum nunc, & pro tempore diffuſæ vtriuſque ſexus Confratribus in illa nunc, & pro tempore deſcriptis vbilibet conſtitutis, ſiuè ſub eiuſdem Con-

Inſtitutio ſodalitatis Nominis Dei in hiſpaniis.

Omnibus Cõfratribus verè pœnitentibus & confeſſis, ac Sacra Cõmunione refectis in die Circũciſionis Indulgẽtiã Plenariam elargitur

Confraternitatis Regula prius edita, ſiue ſub alia ſimili comprehendatur qui verè pœnitentes,& confeſſi die Feſto Circũciſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti annis ſingulis in perpetuum, Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſceperint, & ſolemnitati per ipſam Confraternitatem in dicto die feſto vbiuis locorum pro tempore celebrari ſolitæ, in toto vel in parte interfuerint, quoties id egerint, toties pro quolibet die feſto huiuſmodi, plenariam omnium & ſingulorum,ac quorumcunque peccatorum ſuorum Indulgentiam, remiſſionem, & abſolutionem autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & elargimur.* Illis verò dictæ Confraternitatis Confratribus, qui qualibet prima die Dominica cuiuſque menſis totius anni ſimiliter in perpetuum ad Miſſam, quam ipſi Confratres audire tenentur, audiendam conuenerint, quotieſcunque id egerint, decem annos, * qui vero temerè iurantem, aut aliàs Diuinum nomen blaſphemantem modeſtè & charitatiuè quandocunque admonuerint, pro qualibet vice centum dies,* & cuicunque verbi Dei Prædicatori ſeculari, qui Chriſtifideles, vt à iuramentorum abuſibus caueant, & hanc dictæ Confraternitatis Regulam amplectantur hortatus fuerit, decem annos de iniunctis ſibi pœnitentijs in forma Eccleſiæ conſueta miſericorditer in Domino relaxamus.* Et vt ipſi Confratres dictæ Indulgentiæ Plenariæ Deo propitio facilius efficiantur participes, illis eorum ſingulis Indulgentiam huiuſmodi conſequi volentibus, vt dicto die feſto Circumciſionis occurrente quoſcunque ſibi benè viſos idoneos præſbyteros ſeculares, vel cuiusuis ordinis Regulares per ordinarium loci approbandos, in ſuos poſſint eligere Confeſſores, qui Confeſſionibus ipſorum diligenter auditis,eos & eorum quemlibet ab omni, & quacunque excommunica-

Confratribus prima die Dominica cuiuſcunque menſis, Miſſæ Cõfraternitatis intereſſentibus decem annos de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxat.

Charitatiuè, Nomen Diuinum iurantem aut Blaſphemantem, admonẽtibus centum dies relaxat.

Prædicatoribus Secularibus Chriſtifideles hortantibus vt hanc Cõfraternitatis Regulam amplectantur decem annos relaxat.

Confratribus in die Circũciſionis, indul-

get poſſe ſibi eligere Confeſſarium, qui eos abſoluat ab omnibus Caſibus exceptis &c.

nicationis, etiam maioris, & ab omnibus quibuſuis alijs Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, aut mixtim quauis occaſione vel cauſa latis, ſaluo tamen Iure tertij nec non ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam locorum ordinarijs, ac Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, præterquam in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta cõtentis, dicta autoritate Apoſtolica abſoluere, eiſque pro commiſſis penitentiam ſalutarem iniungere: Ac vota quæcunque Hieroſolymitano, Viſitationis liminum Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli prædictorum de Vrbe, ac Iacobi in Compoſtella, nec non caſtitatis, & Religionis votis dumtaxat exceptis in alia pietatis opera commutare valeant ſimiliter auctoritate & tenore præmiſſis perpetuò concedimus, & indulgemus. * Mandantes vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filijs ceteris Eccleſiarum Prælatis, & locorum ordinarijs vbilibet conſtitutis, eorumque Generalibus in Spiritualibus Vicarijs, Officialibus, quôd vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro Confratrum prædictorum parte fuerint requiſiti, eidem Confraternitati prædictæ pro poſſe faueant, fauorabiliter aſſiſtant, & illam promouere procurent, * Præſentibus, quas nunquam etiam per nos, aut alios Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, vel ſedem præfatam, aut alios quoſcunque quomodolibet reuocari, ſuſpendi, limitari, reduci, modificari, aut eis in aliquo derogari poſſe neque ſub quibuſuis illarum, aut ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum, & gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, modificationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus in gene-

Mandat Patriarchis, Archiepiſcopis &c. vt prædictæ Confraternitati faueant &c.

Præſentes litteras nunquã reuocari aut eis in aliquo derogari poſſe per Romanos Pontifices, vetat.

genere, vel in ſpecie per Nos, vel ſucceſſores noſtros, aut ſedem præfatos, ſeù quoſuis alios, & ex quibuſcunque etiam vrgentiſſimis & neceſſarijs cauſis, etiã pro fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Cruciata Sancta vel expeditione contra Infideles, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Principum, vel aliorum inſtantiã, ſeù eorum contemplatione, vel etiam motu proprio ex certa ſcientia ac aliàs quomodolibet Canonicæ, vel de facto nunc, & pro tempore impoſitis, & factis vllatenus vnquam cõmpræhenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de nouo conceſſas fore, ac cenſeri decernimus perpetuis futuris temporibus duraturis. Vt autem ipſi Confratres maiorem à nobis gratiam reportaſſe lætentur. * Eiſdem Confeſſoribus Confratribus iuramenta quælibet ſine alteriùs præiudicio relaxare, & præterea eidem Confraternitati, illiuſque Confratribus, ac Eccleſijs, Capellis, & Altaribus eiuſdem vbilibet conſtitutis; quod quocunque tempore cuiuſuis interdicti, & ceſſationis à diuinis, videlicet dicto die feſto Circumciſionis à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis eiuſdem diei incluſiuè Veſperæ, Miſſæ, aliaq; diuina officia in ipſius Confraternitatis Eccleſijs, Altaribus, ac Capellis ſolemnitèr, & publicè celebrari: qualibet vero prima die Dominica cuiuslibet menſis priuati Confratres priuatam eorum Miſſam ex eiuſdem Confraternitatis Inſtituto celebrari ſolitam, celebrari facere, illiſque intereſſe. Ac inſuper ſemel in menſe Dominicum corpus ſuſcipere. Et quoties aliquem, vel aliquos ex ipſis Confratribus quocunque tempore interdicti, ſeù ceſſationis à diuinis huiuſmodi mori cõtigerit, dummodo cauſam non dederit interdicto, eorum cadauera cum moderata pompa ſepeliri li-

Confeſſoribus Confratrum iuraméta ſine alterius præiudicio relaxare ac tempore interdicti in die Circumciſionis in Confraternitatum Eccleſijs Diuina officia ſolemniter celebrare concedit.

berè

berè, & licitè valeant. Et interim interdicta, & ceſſationes à Diuinis huiuſmodi quæcunque ſint, ad effectum præmiſſum omnino ſuſpendantur, & ſuſpenſa eſſe cenſeantur autoritate Apoſtolica tenore præſentiũ concedimus, & indulgemus, * ac præſentes litteras ſub quibusuis reuocationibus, derogationibus, vel limitationibus ſimilium gratiarum per nos, vel ſucceſſores noſtros in genere, vel ſpecie ex quibusuis etiam vrgentiſſimis cauſis etiam ad Imperatoris Regum, & aliorum Principum inſtantiam pro tempore quomodolibet emanatis, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas fore, * & ita per quoſcũque Iudices, & Commiſſarios quauis autoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alitèr iudicandi, & interpretandi autoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quidquid ſecus à quoquam quauis autoritate ſcienter vel ignorantèr attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, * Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis & edendis, nec non etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, ceteriſque cõtrarijs quibuſcunque. Volumus autem ne Confratres ipſi (quod abſit) propter huiuſmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita committenda quòd ſi à ſinceritate fidei, & vnitate S. Romanæ Eccleſiæ ac obedientia, & deuotione noſtris, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium deſtiterint, aut confidentia eiuſdem gratiæ aliqua commiſerint, gratia, & literæ quoad eligendum Confeſſorem huiuſmodi illis nullatenus ſuffragentur. Volumus autem, quòd ſi aliqua alia Indulgentia fuerit

Præſentes litteras reuocationibus non comprehendi decernit.

Decretum irritans.

Clauſula derogatoria.

per nos in aliquo loco eidem Confraternitati conceſsa præſentes quo ad locum huiuſmodi nullæ ſint. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris Anno Incarnationis Dominicæ. 1564. Idibus Aprilis Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Bulla II. Pij IV.

PIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Saluatoris, & Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei Patris Vnigeniti, qui pro redemptione generis humani de ſummo cælorũ ſolio ad huius mundi infima deſcendere, & carnem noſtram ex vtero Virgineo aſſumere, ac poſt peractum ad noſtram inſtructionem huius vitæ curſum in Ara Crucis pretium exoluere dignatus eſt; vices licet immeriti gerentes in Terris, gregemque Dominicum noſtræ curæ diuinitùs commiſſum ad vitam lucis æternæ perduci cupientes, iuxta creditum nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium, fideles cunctos quorum merita pro demeritis penitùs ſunt imparia, ad mala euitanda, veraque & ſolida bona amplexanda, ac Altiſſimi viam ingrediendum ſpiritualibus muneribus, Indulgentijs videlicèt, & peccatorum remiſſionibus frequenter inuitamus, vt fideles ipſi per deuotionis ſinceritatem, & bonorum operum exercitium abolita ſuorum delictorum macula Diuinæ gratiæ promerendæ reddantur aptiores. Cum itaque ſicut accepimus dudum dilectus Filius Dydacus de Victoria Frater Conuentus S. Pauli Burgenſis Ordinis Fratrum Prædicatorũ egregius Verbi Dei Prædicator, Zelo Diuini nominis permotus, ad cauendos iuramentorum, & blaſphemiarum abuſus vnam ſaluberimam Confraternitatem ſub vocabulo

Nominis Dei inſtitui curauit, cuius Confratrum partes potiſſimum eſſent (certa etiam regula per hoc impoſita) omni deligentia cauere, ne vel ipſi, vel alij coram eis aliquo modo, niſi ob cauſam grauiſſimam iurarent, & contra facientes modeſtè admonerent, & qua Confraternitate in diuerſis Ciuitatibus, & oppidis Hiſpaniarum ritè inſtituta & recepta, quamplurimi Chriſtifideles ſe illi conſcribi fecerint, quorum opera & ſtudio, blasphemiæ, atque periuria & alia illicita iuramenta prohibeantur. Cumque eiuſdem Confraternitatis ſalutaris fructus vbique ſit manifeſtus, Venerabiles Fratres noſtri Epiſcopi partium illarum, eam quibus poſſunt fauoribus promoueant. Nos vt dicta Confraternitas in maiori ſemper reuerentia habeatur; vt Chriſtifideles eo libentiùs illam ingrediantur, quo ipſa amplioribus decorata ſpiritualium gratiarum donis, & Apoſtolicis fuerit fulta priuilegijs &c. & poſt multa.

Mandat Patriarchis Archiepiſcopis &c. vt prædictæ Confraternitati faueant &c.

Mandantes Vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filijs ceteris Eccleſiarum Prælatis, & locorum ordinarijs vbilibet conſtitutis, eorumque Generalibus in Spiritualibus Vicarijs, & officialibus, quod vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro Confratrum prædictorum parte fuerint requiſiti eidem Confraternitati prædictæ pro poſſe faucant, fauorabilitèr aſſiſtant, & illam promòuere procurent &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1564. Idibus Aprilis Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Bulla

Bulla Pij V.

AD Perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem, æqui & boni ſupremum aſſertorem, ita cuncta prouidè ſuo iudicio diſcutere, vt & ſcandalis quibuslibet obuietur, & ea quæ in Diuini Nominis gloriam ſunt ſtabilita, votiuum ſuſcipiant incrementum.* Accepimus ſanè nuper, quòd licet ſocietas nominis Dei ſiuè iuramentorum, originem & ortum habuerit ab ordine Prædicatorum, eo quod ab eiuſdem ordinis Profeſſoribus fuerit inſtituta & aucta, nec non interuentu dilectorum Filiorum Fratrum dicti Ordinis multæ Indulgentiæ, aliqua priuilegia, & fauores dictæ ſocietati ab Apoſtolica ſede fuerint conceſſa. Tamen multi Clerici, & Parochi in ſuis Eccleſijs dictam ſocietatem erigere ſtudent ita vt aliquando ſint plures in eadem Ciuitate ſocietates ſeù Confraternitates dictæ Inuocationis Nominis Dei ſeu iuramentorum, in diminutionem obſeruantiæ, & deuotionis, quæ ex frequentia conuenientium oriri ſolet, & non ſine aliqua confuſione, quæ ob præfatam cauſam in die Circumciſionis Domini, quando feſtum prædictæ Societatis, ſeù Confraternitatis celebrari debet, accidere conſueuit.* Nos in præmiſſis pro noſtri Paſtoralis Officij debito opportunè prouidere volentes. Motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quòd in Ciuitatibus, oppidis, & locis totius orbis Chriſtiani, in quibus fuerint Eccleſiæ Ordinis Prædicatorum, ibi tantum, vel in huiuſmodi Ciuitatibus, oppidis, & locis, & in dictis Eccleſijs Ordinis Prædicatorum dumtaxat dicta ſocietas, ſeù

Confraternitas nominis Dei ab ordine ſācti Dominici ortum habuit.

Hic Pontifex Confraternitatem in Eccleſijs noſtris tantum erigi mandat.

Confraternitas huiuſmodi inſtituatur. In Ciuitatibus, oppidis, aut locis in quibus non fuerit dicti ordinis Domus, aut in finitimis Eccleſijs abſque licentia Prioris Prouincialis, ſeù Conuentualis dicti ordinis in cuius diſtrictu ſita fuerit Eccleſia, in qua dicta Confraternitas, ſeù Societas eſt, vel erit erigenda; * Quod ſi ſecus factum fuerit Confratres taliter admiſſi dictæ Confraternitatis, ſeù Societatis, Indulgentias non conſequantur, nec fauoribus, aut priuilegijs gaudeant, quæ Confratribus legitimè adſcriptis per ſedem præfatam conceduntur Apoſtolica autoritate tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ac etiam diſtrictiùs inhibemus, ſicque volumus, & præcipimus. * Et nihilominus dilectis Filijs Conſeruatoribus dicti ordinis, per præſentes motu ſimili mandamus, vt contradictores, ſeù attentantes, autoritate noſtra prohibeant, ac etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas etiam pecuniarias, ac cetera Iuris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita compeſcant, ac reprimant, ſuper quibus illis facultatem, poteſtatem, & autoritatem, eiſdem autoritate & tenore concedimus, & impartimur. * Decernentes præſentes litteras de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel copiam alio defectu Notarij, vel impugnari ſeù alias quomodolibet infringi, vel retractari, nullatenus vnquam poſſe, eas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, nec non ab omnibus, quos illæ concernunt inuiolabilitèr obſeruari, * ſicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac Palatij noſtri Apoſtolici cauſarum Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alitèr iudicandi, & interpretandi autoritate, iudicari, & definiri debere,

Cōfratreſque aliter admiſſes, Indulgentias non conſe qui decernit.

Contrauenientes coerceri mandat per cōſeruatores eiuſdem ordinis.

Præſentes litteras nullatenus vnquam poſſe infringi aut retractari decernit.

Decretum irritans.

bere, irritũ quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. * Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis Record: Bonifacij Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres ad iudicium vigore præſentium non trahatur, & alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegijs quoque Indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam Derogatoriarũ Derogatorijs, atque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, ac innouatis: quibus omnibus etiam de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mentio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerirentur præſentibus pro expreſſis habentes; illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, & expreſſè derogamus, contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communitèr, vel diuiſim à prædicta ſit Sede indultũ, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Ceterum quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca vbi neceſſarium fuerit deferre, volumus quòd illarũ tranſũptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutę munitis eadẽ prorſus fides in Iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus

Clauſula derogatoria.

tibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 21. Iunij 1571. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Bulla I. Gregorij XIII.

Refert Indulgentias à ſuis prædeceſſoribus conceſſas, priuilegia, ac indulta &c.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Ad perpetuam rei memoriam. Alias per Fel: Record: Pium Papam Quartum Prædeceſſorem noſtrum accepto quod in Burgenſi, & pluribus alijs Hiſpaniarum Ciuitatibus, & alijs locis vna ſaluberrima Confraternitas ſub vocabulo Sanctiſſimi Nominis Dei inſtituta erat, cuius Confratrum partes potiſſimum eſſet diligenter cauere ne ipſi, vel alij coram eis aliquo modo, niſi ob cauſam grauiſſimam iurarent, & contrafacientes modeſtè admonerent, quoque ipſi Confraternitati plurimi Chriſtifideles ſe conſcribi fecerant, quorum opera & ſtudio blasphemiæ, periuria, & aliàs illicita iuramenta prohibeantur, dictus Prædeceſſor, omnibus, & ſingulis dictæ Confraternitatis vbiuis terrarum pro tempore deſcriptis, qui verè pœnitentes, & Confeſſi die feſto Circumciſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti annis ſingulis Sacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſciperent, & ſolemnitati per ipſam Confraternitatem dicto die feſto vbiuis locorum pro tempore celebrari ſolitæ in toto, vel in parte intereſſent quoties id agerent toties pro quolibet die feſto huiuſmodi plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem conceſſit, illis vero dictæ Confraternitatis Confratribus qui qualibet prima die Dominica cuiuſque menſis totius anni ad Miſſam, quam ipſi Confratres audire tenerentur, audiendam conuenirent, quotieſcunque id agerent, decem annos, qui vero temerè iurantem, aut aliàs Diuinum nomen blaſphe-

mantem, modeſtè, & charitatiuè admonerent pro qualibet vice centum dies, & quicunque Prædicatori Verbi Dei ſeculari, vel cuiuſuis ordinis Regulari, qui Chriſtifideles, vt à iuramentorum abuſibus cauerent, & hanc dictæ Confraternitatis Regulam amplecterentur, hortatus fuerit, decem annos de eis iniunctis pœnitentijs miſericorditer in Domino Relaxauit; Nec non ipſis Confratribus, vt dicto Circumciſionis quoſcunque ſibi beneuiſos & idoneos Præsbyteros Seculares, vel cuiuſuis Ordinis Regulares per ordinarium loci approbandos in ſuos poſſent eligere Confeſſores, qui Confeſſionibus eorum diligentèr auditis eos, & eorum quemlibet ab omni, & quacunque excommunicationis etiam maioris, & alijs ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, ac mixtim quauis occaſione, vel cauſa latis (Saluo tamen Iure tertij) necnon omnibus peccatis criminibus exceſsibus, & delictis, quantumcunque grauibus, & enormibus etiam locorum ordinarijs, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, præterquam in bulla die Cœnæ Domini legi cõſueta contentis abſoluere, ac vota quæcunque Hieroſolymitano, Viſitationis liminum Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli prædictorum de Vrbe, ac Iacobi in Compoſtella, nec non caſtitatis, & Religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valerent, conceſſit. Præterea eiſdem Confeſſoribus, vt ipſis Confratribus iuramenta quælibet ſine alterius præiudicio relaxare. Nec non eidem Confraternitati illiuſque Confratribus, ac Eccleſijs, Capellis, & Altaribus eiuſdem vbilibet conſtitutis, quòd quocunque tempore cuiuſuis interdicti, & ceſſationis à Diuinis, videlicet dicto die feſto Circumciſionis à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis eiuſdem diei incluſiue Veſperæ, Miſſæ aliaque Diuina Officia, in Eccle-

ſijs, Altaribus, & Capellis prædictis ſolemnitèr, & publicè celebrari: qualibet vero prima die Dominica cuiuslibet menſis prædicti Confratres priuatam eorum miſſam ex eiuſdem Confraternitatis Inſtituto celebrari ſolitam, celebrari facere, illiſque intereſſe, ac ſemel in Menſe Dominicum corpus ſumere, & quoties aliquem ſeu aliquos ex ipſis Confratribus quocunque tempore interdicti, ſeù ceſſationis à Diuinis huiuſmodi mori contingeret, dummodo cauſam non dediſſet interdicto, eorum cadauera cum moderata pompa ſepeliri liberè, & licitè valerent, & interim interdicta, & ceſſationes à Diuinis huiuſmodi quæcunque eſſent ad effectum præmiſſum omnino ſuſpenderentur, & ſuſpenſa eſſe cenſerentur, indulſit; Et deinde piæ mem: Pius Papa V. etiam prædeceſſor noſter quod in ciuitatibus, oppidis, & locis totius orbis Chriſtiani, in quibus forent Eccleſiæ Ordinis Prædicatorum dumtaxat dicta ſocietas, ſeù Confraternitas erigi poſſit, nec deinceps noua Societas, ſeù Confraternitas huiuſmodi inſtitueretur in Ciuitatibus oppidis, & locis, in quibus non foret dicti ordinis Domus, aut in finitimis Eccleſijs abſque licentia Prioris Prouincialis, ſeù Conuentualis dicti ordinis, in cuius diſtrictu ſita foret, in qua dicta Confraternitas eſt vel foret erigenda; quod ſi ſecus factum fuiſſet, Confratres talitèr admiſſi, dictæ Confraternitatis Indulgentias non conſequerentur. nec fauoribus, aut priuilegijs gauderent, quæ Confratribus legitimè adſcriptis, per Sedem Apoſtolicam concederentur; Motu proprio ſtatuit, & ordinauit, prout in diuerſis litteris dictorum Prædeceſſorum deſuper confectis pleniùs continetur. Quare pro parte dilectorum Filiorum Confratrum Confraternitatis Sanctiſſimi Nominis Dei in Eccleſia B. Mariæ ſupra Mineruam de Vrbe canonicè inſtitutæ

nobis fuit humilitèr ſupplicatum, quatenus litteris prædictis robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliàſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. * Nos igitur dictos Confratres à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti; alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure vel ab homine quauis occaſione innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Nec non tenores dictarum litterarum præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati litteris prædictis, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis Apoſtolica autoritate tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia robur Apoſtolicæ confirmationis adijcimus, illas approbamus, & confirmamus * Vt autem Chriſtifideles eo libentiùs dictam Confraternitatem ingrediantur, quo exinde dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe vberiùs eſſe refectos de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui verè pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra communione refecti dictam Confraternitatem ingredientur, in die prima illorum ingreſſus, ac in mortis articulo, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem, Apoſtolica autoritate tenore præſentium elargimur. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis litteris expreſſum eſt non obſtare, ceteriſque contrarijs quibuscunque. Ceterum quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca vbi neceſſe fuerit deferri, volumus, quòd illarum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ

Omnia hic relata confirmat ac robur Apoſtolicæ ſedis adijcit.

Omnibus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, confeſſis, ac Sacra Communione refectis in die eorum ingreſſus in Cõfraternitatẽ, & in mortis articulo. Indulgentiam Plenariã elargitur.

in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtēſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die nona Iulij 1580. Pontificatus noſtri Anno Nono.

Bulla II. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Ad perpetuam rei memoriam. Aliàs Fel: Rec: Pius Papa IIII. Prædeceſſor noſter, vt Confraternitas nominis Dei nuncupata in maiori ſemper reuerentia haberetur, & Chriſtifideles illam libentiùs ingrederentur, plurimis ſpiritualium gratiarum donis inſigniuit, & inter cetera, omnibus & ſingulis dictæ Confraternitatis vbiuis locorum tunc, & pro tempore diffuſæ vtriuſque ſexus Confratribus, in illa tunc, & pro tempore deſcriptis, qui qualibet prima die Dominica cuiuſcunque menſis totius anni in perpetuum ad Miſſam quam ipſi Confratres audire tenentur audiendam conuenirent, quotieſcunque id agerent decem annos de iniunctis eis pœnitentijs in forma Eccleſiæ conſueta miſericorditer in Domino relaxauit prout in eiuſdem Pij Prædeceſſoris litteris pleniùs continetur * Cum autem (ſicut accepimus) maior pars Ciuitatum & oppidorum, Dominica prima menſis ob ſolemnitatem Roſarij impedita ſit. Nos huic incommodo prouidere volentes dictæ miſſæ celebrationem ex prima in ſecundam, vel aliam quoties in dicta ſecunda legitimum aliquod adfuerit impedimentum cuiuslibet menſis Dominicam Apoſtolica autoritate tenore præſentium vna cum relaxatione pœnitentiarum (vt præfertur) perpetuò tranſferimus, ac translatam eſſe decernimus * Præterea

Miſſam a Cōfratribus prima cuiuslibet menſis Dominica audiendam, transfert in ſecundam ſeu aliam non impeditam cum relaxatione pœnitentiarum.
Omnibus Cōfratribus con-

terea omnibus, & ſingulis confratribus præfatis, qui proceſſioni ſolemni per eos ſemel in menſe celebrandæ verè pœnitentes, & confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti deuotè interfuerint, & ibi pro pace inter Christianos Principes conſeruanda, ac hæreſum extirpatione, ſanctæque matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino perpetuò concedimus, & elargimur, contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die quinta Septembris 1580. Pontificatus Noſtri Anno nono.

feſſis ac Sacra Communione refectis, qui Proceſſioni interſue it Indulgentiam Plenariã concedit.

Bulla III. Gregorij XIII.

GREGORIVS Papa Decimus Tertius. Ad futuram rei memoriam. Alias Fel:Record: Pius Papa Quartus Prædeceſſor noſter vtriuſque ſexus Confratribus Confraternitatis Nominis Dei nunc,& pro tempore vbilibet exiſtentibus, qui verè pœnitentes & confeſſi die feſto Circumciſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti annis ſingulis in perpetuum Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſciperent, & ſolemnitati per ipſam Confraternitatem in dicto die feſto vbiuis locorum pro tempore celebrari ſolitæ in toto, vel in parte intereſſent plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem conceſſit, prout in litteris deſuper confectis pleniùs continetur.* Cum autem ſicut pro parte dilectorum Filiorum Prouincialium, & Fratrum Ordinis Prædicatorum Prouinciarum totius Hiſpaniæ nobis fuit expoſitum eiuſdem Confraternitatis Confratres in ipſis Prouincijs ob temporis breuitatem, non poſse omnes eodem die Circumciſionis peccata confiteri;

Conceſſionis cauſa.

Propterea nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt plus temporis ad id peragendum, concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. * Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiuſdem Confraternitatis Confratribus in dictis Hiſpaniæ Prouincijs nunc, & pro tempore exiſtentibus, qui etiam ante dictum feſtum Circumciſionis per tres dies peccata ſua confeſſi fuerint, vel in dicto feſto Circumciſionis, & Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento refecti ipſorum Eccleſiam deuotè viſitauerint, & ibidem pro pace inter Chriſtianos Principes conſeruanda, ac hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, vt eamdemmet indulgentiam in dicti Pij Prædeceſſoris litteris conceſſam conſequantur, autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & indulgemus. Volumus autem quod præſentium tranſumptis, etiã impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 22. Septembris 1583. Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Obligationem confitendi in die circumciſionis pro lucranda Indulgentia ad tres anteriores dies extendit.

Bulla I. Pauli V.

PAulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Cum certas vnicuique Confraternitati Indulgentias, & gratias ſpirituales, quibus de cetero fruantur, duxerimus pręſcribendas. Idcirco Nos, omnes & ſingulas Indulgentias, & peccatotum remiſſiones, ac penitentiarum relaxationes Confraternitatis Sanctiſſimi Nominis Dei in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe Ordinis Fratrum Pręedica-

Reuocat Indulgentias Cõfraternitatis Sanctiſſimi Nominis Dei in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam.

ca-

catorum canonicè inſtitutæ, & illius Confratribus, & Conſororibus hactenùs per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſas, reuocantes & annullantes, ac nullius roboris & momenti impoſterum fore declarantes, eamdemque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes. De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi.* Omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem de cetero ingredientur die primo eorum ingreſſus, ſi verè pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint; plenariam, ac tàm ipſis pro tempore deſcribendis, quàm iam deſcriptis in dicta Confraternitate Confratribus, & Conſororibus etiam verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra communione refectis, qui in die feſto Circumciſionis Domini Diuinis officijs in Eccleſia, seù Capella, vel oratorio dictæ Confraternitatis ſingulis annis celebrandis in toto vel in parte deuotè interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam. In mortis quoque articulo omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus dictæ Confraternitati adſcriptis, qui pœnitentes, & confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti, & ſi id facere nequiuerint nomen Ieſu ore ſi potuerint, ſin autem, corde deuotè inuocauerint, & animam ſuam Deo commendauerint plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Qui verò pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra communione refecti Altare Nominis Dei in prædicta Eccleſia ſitum ſecunda Dominica cuiuslibet menſis viſitauerint, & orauerint vt præfertur, ſeptem annos, & totidem qua-

Nouas largitur Indulgentias.

quadragenas. Ac eiſdem Confratribus, & Conſororibus eiuſdem Cõfraternitatis Sanctiſſimi Nominis Dei, qui Miſſæ in dicta ſecunda Dominica menſis in prædicto Altari celebrari ſolitæ, quiuè proceſſionibus per dictam Confraternitatem pro tempore faciendis interfuerint & orauerint, ducentos dies qui verò aliquos blasphemantes, aut inconſideratè, & temerè obiurantes cum charitate monuerint cẽtum dies. Quoties verò Miſſis, & alijs diuinis Officijs in Eccelſia vel Altari, ſeù oratorio dictæ Confraternitatis pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeù Congregationibus publicis, vel priuatis eiuſdem Confraternitatis vbiuis faciendis interfuerint dictumque Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, tàm in proceſſionibus, quàm ad infirmos, aut aliàs quocunque pro tempore deferetur comitati fuerint, aut impediti, Campanæ ad id ſigno dato ſemel orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam pro infirmo dixerint, aut proceſſionibus extraordinarijs dictæ Confraternitatis, aut quarumuis aliarum de licentia Vicarij noſtri, ſeù loci ordinarij faciendis, vel defunctorum exequijs interfuerint, aut infirmos viſitauerint, eiſque in eorum neceſſitatibus auxiliati fuerinr, vel pauperes hoſpitio ſuſceperint, aut eleemoſynas illis dederint; & opem tulerint, vel pacem cum inimicis proprijs, vel alterius compoſuerint, vel componi fecerint, ſeù procurauerint, aut quinquies orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam pro animabus Confratrum, & Conſororum dictæ Confraternitatis recitauerint, aut impœnitentes ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & ea quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, & charitatis opus exercuerint, quoties pro quolibet prædictorum operum id egerint centum dies de iniunctis eis,

ſeù

ſeù aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus. Nec non dilecto filio magiſtro Generali dicti Ordinis Prædicatorum,& illo abſente eius Vicario in Vrbe commoranti, vt Confraternitates extra Vrbem prædictam vbique locorum erigere & inſtituere, illiſque omnes ſupradictas Indulgentias, & gratias Spirituales communicare ſimilitèr liberè & licitè poſſit & valeat, autoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 31. Octobris 1606. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Bulla II. Pauli V.

PAVLVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Pias Chriſtifidelium Confraternitates ad pietatis,& Chriſtianæ charitatis opera exercenda canonicè inſtitutas, vt in eorumdem operum exercitio quotidie magis cōfoueantur ſpiritualibus muneribus,Indulgentijs videlicet & peccatorum remiſſionibus nō prætermittimus inuitare, prout in Domino conſpicimus ſalubritèr expedire. Cum itaque ſicut accepimus Dilecti Filij Confratres Confraternitatum in Eccleſijs Fratrum Prædicatorum vbique canonicè ſub inuocatione nominis Ieſu inſtitutarum ex antiquo ipſarum Confraternitatum Inſtituto, ſecunda Dominica cuiuslibet menſis ſolemnem proceſſionem peragere ſoleant. * Nos ipſas Confraternitates, quibus certas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones per alias noſtras litteras in hiuſmodi forma Breuis expeditas olim conceſſimus ampliori dono decorare volentes

Omnibus & ſingulis Confratribus qui ſecunda Dominica cuiuſlibet mēſis Pro-

ceſſioni interfuerint Indulgentiam Plenariam elargitur.

lentes, ac litterarum prædictarum tenores præſentes pro expreſſis habentes, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus in aliqua ex dictis Confraternitatibus vbique in Eccleſijs fratrum prædicatorum ordinis huiuſmodi canonicè inſtitutis nunc deſcriptis, & pro tempore deſcribendis verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui proceſſioni ſecunda Dominica cuiuslibet menſis, vt præfertur per dictas Confraternitates celebrari ſolitæ deuotè interfuerint, & pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, ac Chriſtianorum Principum concordia, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omniũ peccatorum ſuorum Indulgentiam ac remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur, contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 28. Septembris 1612. Pontificatus noſtri Anno Octauo.

B V L L Æ
A Summis Pontificibus conceſſæ in fauorem Confraternitatis Sanctisſimi Sacramenti.

Bulla I. Pauli III.

PAVLVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. D.N.Ieſus Chriſtus tranſiturus de hoc mundo ad Patrem in vltima Cœna qua Paſcha cum diſcipulis ſuis manducauit, admirabile ſacramentum pretioſiſſimi corporis, & ſanguinis ſui inſtituit, per quod vniuerſi Chriſticolæ memoriam ſuæ Charitatis eximiæ quam in ſua Paſſione hora eius appropinquante oſtendit, recolerent. Vnde nos illius vices licet immeriti gerentes in terris debitum cenſemus, vt ea, quæ in huius Sacroſancti Sacramenti honorem, & venerationem ex pia Chriſtifidelium deuotione dignè ordinata cõperimus, vt perpetuis futuris temporibus permaneant, prompta deuotione prout decet, Apoſtolico Præſidio ſolidemus, & vt ad fidelium eorumdem vota facilius concurrant, fideles ipſos ſpiritualibus muneribus proſequamur, & eorum pia ſuffragia cæleſtibus donis confoueamus, vt exinde diuinæ gratiæ aptiores reddantur, & Sacramentum ipſum in die Peregrinationis extremæ ſibi fore viaticum ſalutare mereantur. Sanè pro parte dilectorum filiorũ vniuerſorum Confratrum Confraternitatis ſub inuocatione Sacratiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia Domus Beatæ Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe Ordinis Fratrum Prædicatorum inſtitutæ, nobis nuper exhi-

bita petitio continebat, quòd nuper nonnulli Ciues Romani, & Curiales Chriſtifideles piè conſiderantes Sacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum prædictis in Parochialibus Eccleſijs dictæ Vrbis minus honorificè, & in locis abiectis ſine vlla conſideratione conſeruari, & cum per ipſam Vrbem pro Communione Infirmorum deferendum erat ab vno tantùm Capellano ſine vllis decore, & reuerentia ſolitum deferri, ac ſingulari deuotione ducti, cupientes præmiſſis, & vt eidem Sacramento honor, cultus, & veneratio debitè exhiberentur quantum in eis erat prouidere, vnam ſocietatem ſeù Confraternitatem vtriuſque ſexus ſub Inuocatione eiuſdem Sacratiſſimi Corporis Chriſti in dicta Eccleſia de Minerua ordinarunt, & inſtituerunt, ac pro eius ſalubri directione, & incremento inter alia, quòd Confratres Confraternitatis huiuſmodi pro tempore exiſtentes, ſeù ab eis per ſingulas Regiones Vrbis prædictæ deputati, aut deputandi diligenter ac omni cura, & ſtudio facerent & procurarent, vt Sacramentum huiuſmodi, tàm in dicta Minerua, quàm ſingulis alijs Parochialibus Eccleſijs Vrbis huiuſmodi ea qua decet veneratione in loco honorifico, & honeſto lampadibus accenſis die noctuque conſeruaretur, & cuſtodiretur. Et ſi earumdem Eccleſiarum redditus ad id non ſufficerent, ipſi confratres illis de neceſsarijs ad huiuſmodi opus, nec non ad emendum vnum pallium pro ſingulis Eccleſijs prædictis, cum quo ſacramentum ipſum quotieſcumque illud pro Communione Infirmorum extra Eccleſiam deferendum eſſet, deferri deberet, prouiderent. * Ac quod Rector cuiuslibet ex Eccleſijs prædictis ſeù illius locum tenens quotieſcũque eſſet neceſſarium Sacramentum huiuſmodi alicui infirmo miniſtrari, & ad illius domum deferri, Campanam ſuæ Eccleſiæ certis ictibus pulſari

Quid teneantur facere Rectores Eccleſiarum, & Cõfratres.

ſari facere teneretur, ad hoc vt Confratres vicini Parochiæ illius Eccleſiæ ſe moneri ad aſſociandum Sacramentum ipſum cognoſcerent, & per ſe ipſos aſſociarent, ſi legitimo impedimento detenti non forent, alioquin per vnum de ſuis dignioribus familiaribus Sacramentum prædictum ad domum dicti infirmi facibus accenſis aſſociari, & comitari facere tenerentur. Ac quòd vtriuſque ſexus perſonæ Confraternitatis huiuſmodi Confratres pro tempore exiſtentes tertia quaque die Dominica cuiuslibet menſis totius anni in dicta Eccleſia de Minerua congregari, & inibi vnam miſſam in cantu, vel alias celebrari facere, ac in eleuatione præfati Sacramenti faces accenſas habere deberent, nec non prima die Veneris ſtatim poſt feſtum Corporis Chriſti immediatè ſequenti, ſolemnem proceſſionem extra, & circum præfatam Eccleſiam de Minerua Sacramentum prædictum honorificè facibus accenſis deferendo annuatim facere. Et ſi aliquem ex Confratribus Confraternitatis huiuſmodi ægrotare cõtingeret, Rector, aut electus nominatus Eccleſiæ, cuius dictus infirmus Parochianus exiſteret, vna cum alio Confratre eiuſdem Confraternitatis per Rectorem, ſeù electum nominatum huiuſmodi pro tempore eligendo, dictum infirmum viſitare, & ad confitendum peccata ſua, ipſumque ſacramentum ſuſcipiendum piè adhortari & commonere; nec non ſingulis hebdomadis totius anni ipſi vtriuſque ſexus confratres quinquies orationem Dominicum, & ſalutationem Angelicam toties in commemorationem dicti Sacramenti deuotè recitare, & commemorare tenerentur; Ac mulieribus Confratribus dictæ Confraternitatis quibus indecens eſset per dictã Vrbẽ vagari ad aſſociandum dictum Sacramentum; vt quoties ſignum Campanæ audirent flexis genibus orationem Domi-

nicam, & ſalutationem Angelicam huiuſmodi quinquies, vt præfertur recitando omnes, & ſingulas gratias, & Indulgentias Confratribus Confraternitatis huiuſmodi pro tempore conceſſas conſequerentur, per nos concedi, procurare ſtatuerunt, & ordinarunt, prout in Inſtrumentis, ſeù alijs documentis deſuper confectis pleniùs contineri dicitur. Ac dilectum filium noſtrum Alexandrum S. Mariæ in via lata Diaconum Cardinalem de Cæſarinis nuncupatum in Protectorem dictæ Confraternitatis elegerunt. Quare pro parte eorumdem Confratrum nobis fuit humilitèr ſupplicatum, vt inſtitutioni Confraternitatis, ac ſtatutis, & ordinationibus huiuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur tantum Sacramentum omni laude, & veneratione dignum à cunctis fidelibus, vt per hoc deſideratam ſalutem conſequi valeant, honorari, laudari, & magnificari ſinceris deſiderijs exoptantes ac omnipotenti Deo, quod tam ſaluberrima, tamque neceſſaria & vtilia opera noſtro tempore exerceri inceperint gratias agentes, & vt illa perpetuò frequententur, ac Chriſtifideles præfati eis feruentiùs inſiſtant quantò erga eos amplioribus, & ſpecialioribus gratijs liberaliores, ſeque per hoc maiori cæleſtis gratiæ deuotione refici poſſe cognouerint: * Quantum cum Deo poſſumus prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati inſtitutionem Confraternitatis huiuſmodi, nèc non prædicta, ac etiam & ſingula alia per eoſdem Confratres circa præmiſſa ſtatuta, & ordinata, ac prout illa concernunt, omnia & ſingula in Inſtrumentis, ſeù documentis deſuper confectis prædictis contenta, & inde ſecuta quæcunque, ex certa noſtra ſcientia autoritate Apo-

Huiuſmodi Confraternitatis inſtitutionem ac omnia alia ſtatuta approbat & confirmat.

ſtoli-

ſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac omnes & ſingulos Iuris & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, ſupplemus, illiſque perpetuæ firmitatis robur adijcimus, & ea per ipſarum Eccleſiarum Rectores, ſeù eorum loca tenentes pro tempore exiſtentes, & alios ad quos ſpectat firmiter obſeruari debere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela, præmiſſa omnia & ſingula alia per eoſdem Confratres (vt præfertur) Statuta, & ordinata de nouo autoritate, & tenore prædictis perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. * Ac Confratribus Confraternitatis huiuſmodi, nunc, & pro tempore exiſtentibus ac eorum ſingulis, quòd omnibus & ſingulis priuilegijs, Indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, Indulgentijs etiam plenarijs, & peccatorum remiſſionibus, ac alijs gratijs ſpiritualibus, & temporalibus Confratribus Imaginis Saluatoris ad Sancta Sanctorum, nec non Charitatis, & Archihoſpitalis S. Iacobi in Auguſta, ac S. Ioannis Baptiſtæ, nèc non Sanctorum Coſinæ & Damiani Nationis Florentinæ, ac Hoſpitalis noſtri Sancti Spiritus in Saxia Ordinis S. Auguſtini, & Campi Sancti, Confraternitatum eiuſdem Vrbis pro tempore exiſtentibus, illarumque, ac Beatæ Mariæ de Populo etiam de vrbe Eccleſijs, ac Chriſtifidelibus illas viſitantibus per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros & Succeſſores, conceſſis, & concedendis, & quibus illi vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis haberi volumus, ex nunc, & in perpetuum vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri, & gaudere liberè & licitè valeant, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi illa eis ſpecialitèr & expreſsè conceſſa fuiſ-

Statuit quod huiuſmodi Cõfratres gaudeant Indulgentijs plenarijs, priuilegijs indultis &c. Quibus Confraternitates, Et Eccleſiæ hic nominatæ.

fuiſſent, & in futurum concederentur, concedimus, & indulgemus: ipſaque priuilegia, indulta, exemptiones, libertates, immunitates, Indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, & alias gratias ad Confratres Sanctiſſimi Corporis Chriſti huiuſmodi, ac illius Capellanos, miniſtros, & perſonas pro tempore exiſtentes eiſdem autoritate, & tenore extendimus, & eis communicamus. * Nec non Chriſtifidelibus præfatis, qui dictam Confraternitatem Sacratiſſimi Corporis Chriſti ingredientur, die illorum ingreſſus huiuſmodi, plenariam ad inſtar Iubilei, ac eorum peccatis prius confeſſis, & Sacramento huiusmodi per eos deuotè recepto, ter in vita ſimiliter plenariam omniũ peccatorum ſuorum, ipſiſque Confratribus, qui præfatum Sacramentum eiſdem infirmis miniſtrandũ aſsociauerint, ſeù impediti aſſociari (vt præfertur) fecerint, ac eiſdem proceſſionibus & Diuinis Officijs, quę per eoſdem Confratres (vt præfertur) celebrari facere cõtigerit interfuerint, quoties id fecerint, centum. Qui vero dictam Eccleſiam de Minerua diebus veneris cuiuslibet hebdomadæ totius anni deuotè viſitauerint, decem annorum, & totidem quadragenarum iniunctarum eis pœnitentiarum, Indulgentias, & remiſſiones quoties id fecerint miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur; nec non mulieribus eiuſdem Confraternitatis, quibus propter honeſtatem non licet per Vrbem ipſam paſſim vagari, ſi quoties ſignum Campanæ huiuſmodi audierint ſemel orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam flexis genibus deuotè recitauerint, vt omnes, & ſingulas Indulgentias, conceſſiones, & gratias alijs Confratribus interreſentibus conceſsas, conſequantur, & conſequi valeant. * Ac eiſdem vtriuſque ſexus Confratribus, & eorum ſingulis, vt quemcunque Presbyterum

Quamplures alias Indulgẽtias, largitur.

Quod prædicti Confratres

rum

rum ſecularem, vel cuiuſuis Regularem, etiam in mortis articulo, etiam ſi mors tunc non ſubſequatur in ſuum poſſint eligere Confeſſorem, qui eorum confeſſionibus diligenter auditis, eos & eorum ſingulos ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus per eos, & eorum ſingulos pro tempore perpetratis, etiam Sedi Apoſtolicæ, & locorum ordinarijs reſeruatis præterquam à contentis in litteris in die Cœnæ Domini legi ſolitis, ter in vita abſoluere, & eis pœnitentiam ſalutarem iniungere. * Necnon eiuſdem Confraternitatis Adminiſtratoribus, & Confratribus pro tẽpore exiſtentibus pro illius ſtatu ſalubriori dirigendo, vt quæcunque licita, & honeſta ſtatuta, & ordinationes, felix regimen, & proſperũ ſtatum, ac gubernationem illorum, & aliarum quarumcunque rerum ſpiritualium, & temporalium eos quomodolibet concernentia condere, & facere, eaq. quoties videbitur mutare, & alterare, limitare, corrigere, declarare, modificare, & in melius reformare, quæ poſtquam edita, mutata, alterata, limitata, declarata, modificata, & in melius reformata fuerint, eo ipſo per Sedem eamdem confirmata ſint, & eſſe cenſeantur autoritate, & tenore ſupradictis indulgemus, ac plenam, & liberam deſuper facultatem concedimus. * Et nihilominus, vt Chriſtifidelium deuotio ad tàm ſalubre Sacramentum feruentiùs inualeſcat, ac Chriſtifideles ad illius venerationem, & ſimilia charitatis opera exercenda per amplius excitentur, quòd omnes, & ſingulæ aliæ Confraternitates, ſub eadem inuocatione Sacratiſs. Corporis Chriſti vbilibet inſtitutæ & inſtituendæ, eiſdem priuilegijs, conceſſionibus, Indulgentijs, facultatibus, gratijs, & indultis Confraternitati in Eccleſia de Minerua inſtitutæ huiuſmodi per nos conceſſis,

confeſſorẽ ſibi eligere poſſint qui eos à peccatis quantũcumque enormibus &c. abſoluat.

Confraternitatis Adminiſtratoribus, & Cõfratribus, ſtatuta & leges condere licentiam facit.

Quod Confratres vbiq; locorum ijſdem Indulgentijs, & priuilegijs potiantur.

